




THE ANTHON LIBRARY.
COLLECTED BY CHARLES ANTHON,
Professor of Greek and Latin in
Columbia College.
Purchased by Cornell University, 1868.



Rheinisches Museum

für

Philologie.

Herausgegeben

von

F. G. Welcker und A. F. Näke.

[2nd folge]

Dritter Jahrgang.

Bonn,
bei Eduard Weber.
1835.


CORNELL
UNIVERSITY
LIBRARY

Inhalt
des dritten Jahrgangs.

Inhalt.

Seite

Excerpta

ex

schedis criticis

Jacobi Leopardii, Comitis.

Jacobus Leopardi, cujus nomine inter poetas aeque ac pedestris orationis scriptores elegantiores hodie vix aliud majus, quam felicia in Romanis quoque et Graecis litteris studia collocaverit, non incognitum quidem erat apud exteros *), sed ratio eorum atque amplitudo ignorabatur. Cujus ut ego potissimum lectoribus nostris exsisterem interpres, fecit primum honorificentissima, qua me dignatur vir ill., amicitia et scriptorum de rebus philologicis suorum communicatio omnium, deinde vero (quod erit quando lugeant harum litterarum amantes!) inhibita ob valetudinis infirmitatem studiorum haec via operosior.

Puer admodum perspexerat quam manca sit et imperfecta apud Italos suos antiquarum litterarum institutio: quare ex ipsis scriptoribus perpetua lectione hauriendum esse quicquid de antiquitate

*) Instar omnium erit quod in memoriam lectorum revocamus testimonium summi *Niebuhrii,* in praef. ad Fl. Merobaudis carmina, ed. 2, p. XIII: „Comes J. L., Recanatensis Picens, quem Italiae suae jam nunc conspicuum ornamentum esse, popularibus meis nuntio; in diesque eum ad majorem claritatem perventurum esse, spondeo; ego vero, qui candidissimum praeclari adolescentis ingenium, non secus quam egregiam doctrinam, valde diligam, omni ejus honore et incremento laetabor.“

possit sciri. In hac igitur a duodecimo fere ad vigesimum sextum aetatis annum quae chartis suis mandaverit, quae fuerit molitus ad illustrandas Graecarum praesertim litterarum partes obscuriores vel ad colligenda ex ingenti earum naufragio tabulata, paucis exponemus. Ad finem perducta opera, sua omnia manu accuratissime scripta, haec fere nobis credidit vir eximius: *Porphryii Vitam Plotini; Commentarii de vita et scriptis rhetorum quorumdam qui secundo post Chr. saec. vel primo declinante vixerunt, ad calcem adjectis et observatt. illustratis vett. aliquot opusc.* 1814, qui ei erat decimus sextus aetatis. *Saggio sopra gli errori popolari degli antichi,* 1815, admirandae lectionis et eruditionis opus: verum amplitudine multum superatur alio, non plane sed paene absoluto, *Collectione fragmentorum* 55. *Patrum,* quam in litteris ad me datis magna laude ornavit harum rerum arbiter eximius, cl. Thilo, prof. Halensis. Ad medium fere perductus est *commentarius* doctissimus *in Iulii Africani Cestos.* Accedit ingens schedularum copia, quae *observationes* continent *in scriptores plurimos.* Ex his depromsimus quaedam, quae nondum erant ab editoribus occupata: emendationum autem a Bentlejo, Reiskio, aliis criticis viro optimo occupatarum ut numerus est permagnus, ita reliquis magnae est commendationi. Mentionem fieri oportet praesertim *Platonis, Dionysii Hal., Frontonis, Demetrii Phal., Theonis soph.,* in quos scriptores plurima viri praestantissimi observata penes nos sunt; praeterea collectiones grammaticae plenissimae de structura et usu vocum ἄλλος et ἄλλως, ἑξῆς, πλέον et aliorum comparativorum apud seriores, de praepos. παρὰ signif. *propter,* de ἴδιος, ἰδιότης, ἰδίως signif. *singularis, mirabilis,* et al. Etiam quae prius edita erant, *Discorso sopra Mosco,* in *Spettatore owero Mescol.* 1816, 57, pag. 173 sqq., *Discorso sopra la Batracomiomachia,* ibid. 43, p. 50 sqq., *Della fama avuta da Orazio presso gli antichi,* ibid. 66, p. 133 sqq., de *Philonis Iud. Sermonib. tribus ineditis* in *Effemeridi lett. di Roma* 1822, t. 9, p. 257 sqq., de *Cic. libris de Republ.*, ibid. p. 333 sqq., de *Eusebii chron. ex Armen. ed.* ibid. 1833, t. 10, p. 101 sqq., et alia, ea posterioribus curis multum aucta mihi tradidit vir ill. Omnia haec, ut res fert, vel integra vel excerpta, volente auctore excellentissimo, typis data occasione mandabimus; brevem au-

tem hanc observationum quasi promulsin, quae nobis judicibus neque novitate caret neque probabilitate, aequi bonique consulas.

Dr. L. de Sinner.

Descriptio codicis Bibl. Barberinae Graeci n. 392.

Bombycinus, Saec. XVI, non una manu exaratus, perquam lacer, multis foliis artificiose chartae solidiori impositis, nihilominus lectu difficillimus, hic illic adeo plane deleta scriptura; ab initio truncatus. Post lineas aliquot deperditi opusculi incipit *Σύγκρισις Αἰσχίνου καὶ Δημοσθένους*, diversa ab ea quae inter Libanii opera exstat. Hinc ad fol. 5 rectum sequuntur *συγκρίσεις* hae: *Ἡρακλέους καὶ Σαρπηδόνος, δειλίας καὶ ἀργίας, ναυτιλίας καὶ γεωργίας* (diversa ab Libaniana), *θέρους καὶ χειμῶνος, ἐλαίας καὶ φοίνικος, Χιμαίρας καὶ Κενταύρου, ἐλαίας καὶ ἀμπέλου, λιβάνου καὶ δάφνης, Περικλέους καὶ Θεμιστοκλέους, Αἰνείου καὶ Ἕκτορος, Διομήδους καὶ Αἴαντος, Περικλέους καὶ Δημοσθένους*. Has excipit *ἠθοποιΐας* definitio Hermogenis. A fol. 5 verso ad fol. 11 rect. *Ἠθοποιΐαι*, diversae omnes ab iis quae apud Libanium habentur, licet aliquot eodem sint argumento. Prima est: *τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Ζεὺς Ἄρεα δεσμώτην ἐξ Ἡφαίστου θεώμενος*. Sequuntur a fol. 11 recto fin. usque ad fol. 18 rect. *Ἐκφράσεις*, partim editae a Morello in vol. 2 Libanii (v. Fabric. B. Gr. vol. 7, p. 385 ed. pr.), partim ab Allatio in Excerptt. rhett. ut ejusdem Libanii (v. Fabr. l. l. p. 410) editae. Ex iis una sola, quantum memini, inedita, fol. 16 recto, *Ἔκφρασις Αἴαντος*. Fol. 18 rect. ad vers. med. *Θέσις εἰ τειχιστέον τὰς πόλεις*, tamquam Libanii edita ab Allatio p. 382 sqq. Inde usque ad fol. 19 rect. *Κατηγορία νόμου τοῦ κελεύοντος τὰς τῶν ἀδελφῶν γαμετὰς γαμεῖν*, edita ab eodem p. 392 sqq. Libanii nomine. Fol.

19 recto titulus: *Λιβανίου μελέται προγυμνάσματων*, inde *συγκρίσεις* Libanianae omnes, denique quatuor, ejus *ἐκφράσεων* (fol. 50 verso ad 51 vers.). Omnia haec habentur in Morelli Libanio. A fol. 55 verso usque ad 61 vers. fabulae aliquot et *διηγήματα* Nicephori Basilacae, quorum pars eodem nomine edita ab Allatio. A fol. 61 versi fine usque ad 64 vers. *Ἀνασκευὴ* et *Κατασκευὴ* de Atalanta. Inde ad fol. 65 rect. Chria de sententia aliqua Sophoclis tribus jambicis versibus comprehensa. Post hanc usque ad fol. 101 rect. Pselli varia Opera. Quae sequitur usque ad fol. 103 versi fin. Aristidis oratio in M. Antoninum imp., et Panegyricus M. Aurelii: inde ad fin. fol. 112 recti ejusdem Aristidis oratio ad Rhodios de concordia. Hanc excipiunt usque ad finem codicis, etiam hic truncati, alia opera Pselli varia.

Quae cur tam accurate simus persecuti, jam apparebit. Duas collectio Barberina *συγκρίσεων*, *ἠθοποιϊῶν*, *ἐκφράσεων* series praebet, quarum altera solummodo Libanio sophistae tribuitur; prior vero quin ab eo, cui hic ordo debetur, alius fuerit auctoris habita, dubitari non potest. Nihilominus, quod modo significatum est, Allatius et Morellus hujus etiam seriei opuscula aliquot, nescio quo indicio ducti, in Libanii opera receperunt: ac profecto saeculi XVI, ut videtur, manus Libanii nomen hisce codicis nostri *ἀδεσπότοις* adscripsit, conjectura, ut videtur, a scriptionis similitudine ducta. Qua re augetur etiam dubitatio. Accedit quod Allatius *ἐκφράσεις*, *θέσιν* et *κατηγορίαν νόμου*, deinde Nicephori Basilacae fabulas et *διηγήματα* ex hoc ipso videtur codice protulisse: v. ej. praef. Quod si ita factum est, Libanii operibus eximenda esse quae modo commemoravi opuscula apparet. De ceteris autem quam parum vel inter ipsos illos duumviros conveniat, vel inde videas, quod secunda quae Libanio tribuitur *ἠθοποιΐα* ab Morell. in vol. 2, ab Allatio p. 227-230 editur tamquam Severi Alexandrini. (Cf. Fabric. Bibl. Gr. vol. 7, p. 411–412.) Neque in Reiskii editione quicquam

vel dubitationis motum vel certi indicatum reperias. Ceterum quae a principio cod. usque ad fol. 11 rect. leguntur, quod sciam, inedita sunt, nisi forte inter tot Pselli opera latent, quae percurrendi otium non erat. *Ἀνασκευὴν* autem illam et *κατασκευὴν* et insequentes exercitationes Nicephoro Basilacae tribuere non dubito, quod alia ejusdem opuscula nullo interjecto nomine auctoris sequuntur. Quae Libanio dantur, fieri potest ut sint Nicolai, de quo v. Fabric. Bibl. Gr. t. 7, p. 385, et reperiantur vel cuncta vel pars eorum in cod. Barocciano n. 131, quem memorat idem Fabric. l. cit.

Libanius. (In ea quae exstant in Theonis Progymnasm. ed. Basil. 1541.) Ed. Reisk. vol. IV. P. 856, 24 leg. *τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις βασίλευσιν* (add.) *εἴ τις ἀντιβλέψειεν, ἀδίκημα νενόμισται.* — 862, 4 leg. vid. *τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων* (add.) *διαφέρειν.* — 863, 2 leg. *τότε μὴ σιωπῆσαι καὶ τὸ εἰπεῖν* (add.) *πόθεν* etc., coll. 862, 25; 864, 9. — Ib. 8 fort. *νοῦν ἔχοντος εὑρήσομεν.* — 870, 8 fort. *καὶ δεῖ ταύτην λυθῆναι.* *Λύω* et *κωλύω* saepe permutata. — 872, 27 leg. *τοὺς δὲ τῆς Δήμητρος καρποὺς* (add.) *οἵ γ.* — 874, 23 fort. *ἀλλὰ θέλγει* (pro *τελεῖ*) *τὰς ψυχὰς* etc. — 882, 9 legitur *δεόμενος αὐτοῦ μέμψασθαι τὰ γεγενημένα καὶ δίκην λαβεῖν* etc. Fort. *ἀμύνασθαι.* (Reisk. *ἀμείψασθαι.*) — 883, 19 leg. *τοῦτο δὴ οὖν ἐφυλάξατο ἂν καὶ σώματος ἑνὸς ἐπρίατο* etc. — 887, 11 legitur *ὁ νοῦς δὲ ἅτε ἐπεχείρησεν.* Legend. *γνούς.* (Reisk. *ἔννους.*) — 900, 7 leg. *τῶν ἀδικημάτων τὸ κεφάλαιον,* pro *ἀτυχημάτων.* — Ib. 30 leg. *κεχρημένου.* — 903, 8 legitur *του μηδένος ἄξια τολμήσας ὅσα διῆλθον.* (Reisk.: »Immo vero *νομίσας*, aut alias leg. *τολμ. ἡγεῖσθαι.*«) Lege *τιμήσας*, aut adde *ἡγεῖσθαι* vel simile aliquid. — 905, 21 leg. *ἕνα ὑπὲρ* (pro *ὑπ'*) *ἐκείνων πάσχειν ἔδει.* — 906, 9 leg. *ἣν σώζειν ἔστι,* pro *ἔδει.* — Ib. 21 leg. fort. *εἰς τοῦθ' ἥκειν.* — 932, 9 fort. *καὶ τὴν γνώμην ἔθρεψεν,* pro *ῥώμην.* —

934, 25 leg. videtur ὁ παροινεῖν τολμήσας καταφεύγει, pro νομίσας. — 936, 1 delendum est νεκρῶν, glossa. — 962, 19 sqq. leg. καίτοι ὅστις ἂν . . . ἵππον, καὶ περὶ etc. — 992, 9 leg. δεηθέντας δὲ τὴν γῆν etc. — 994, 11 leg. videtur δοκιμάζων στρατιωτῶν εὐψυχίαν vel εὐψυχίας.— 997, 14 fort. τό, τε ἄστυ τῶν δυσμενῶν ἐξεπολιόρκησε. — 1013, 6 dele ἀρετήν. — 1014, 8 distingue δεξιάν, τόξον φέρειν διδαχθεῖσαν, τὰ τῶν παρθένων ἐργάζεσθαι. — 1046, 2 fort. τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς, et l. 4 τοῖς ὅπλοις ἰσχύοντες. — 1047, 5 leg. ἑκατέρους pro ἀμφοτέρους. — Ib. 29 Δυνηθείς. Supple πλῆξαι, quod fugit Camerarium. — 1051, 18 dele distinctionem ineptam post μέθης: nam ὧν ἐπεπόνθει etc. cum seqq. jungendum, αὐτὸς μὲν εἰδὼς οὐδέν. — 1058, 9 leg. τοὺς μέν, εἰ (add.) οἷόν τε, μεταστήσωμεν. — 1059, 6 fort. πάντως, et l. 10 ὅστις οὖν ἀπ' cett. — 1063, 2 legitur τὴν ἐναντίαν τύχην ἐφέλκεται. Immo δόξαν. — Ib. 4 distingue ante τὸ γύναιον, accus. — Ib. 8 fort. ταῦτα πάντως ἀκολουθοῦντα τῷ γάμῳ.

Antigonus Carystius. De mirabilibus. Excerptorum collectio et initio et fine mutila, olim longe major, aeque ac Phlegontis et Apollonii libri, omnes ex uno cod. Palat. a Xylandro editi. Quam ita instituit auctor, ut in quavis re, e. c. in animalibus, lapidibus, fontibus, primum sibi deligeret eum scriptorem, qui plurima ipsi suppeditaret, deinde ab aliis quae sparsim narrarentur de eadem re subjiceret: quare factum est, ut, rerum licet ordinem sequatur, nihilominus eaedem pluribus tractentur in locis. Sic de animalibus Aristotelica refert a cap. 32 ad c. 127; ex aliis autem scriptoribus alia de animalibus addit usque ad c. 143. Hunc rerum disponendi modum seu legem si advertimus, nascitur suspicio capitis 136 init. ac totum c. 140 ab alia manu posterius fuisse adjectum; quid? quod eadem probare praeter alia videtur, verum libri initium periisse, quippe qui *variorum* scriptorum excerptis incipiat, rerum tantummodo ordini

adstrictis. In singulis Beckmanni editio plurima orationis vitia reliquit: quorum pars ob rerum praestantissimam explanationem facile tollitur. Quare pauca tantum ejusmodi subjicimus. Cap. 12, p. 22, l. 6. Beckm. leg. *συγκατακλιθεῖσαν αὐτῷ ἀφανισθῆναι* pro *αὐτήν*, lin. 12 *παρακατ αθέσθαι* pro *παραθ.* C. 66 extr. locus corruptissimus ita videtur legendus: *Πρὸς τὴν ἡμετέραν ἐκλογὴν ἐπιποιεῖ* (facit) *τῶν προειρημένων αὐτῷ* (vel *αὐτὸ*) *τὸ ξένον καὶ παράδοξον, ἔκ τε τούτων* cett. C. 84, l. 5 leg. *ποιεῖν*. C. 92, l. 5 leg. *ἀφ᾽ ὧν* pro *ἐφ.* C. 159 legitur *τὴν μὲν Ἡλίου γε* (*κρήνην*) *νομιζομένην . . . γίνεσθαι θερμήν . . . . ἡ δ' ἄλλη διότι καταβαίνοντος μὲν ἡλίου πηγνύει* etc. Fortasse latet *ἡ δ' ἄλλη Διὸς ὅτι* etc., de quo videndum.

Apollonius Dyscolus. Historia commentitia. Meursio auctore factum est, ut hic libellus inter tot Apollonios Dyscolo potissimum tribuatur. His autem ille ad hanc rem argumentis usus est: primum quod Phlegon Trallianus Apollonium »grammaticum« citat (etsi cap. 11 aequalem sibi dicere videtur), deinde quod Dyscolum Suidas *κατεψευσμένης ἱστορίας* librum scripsisse tradit. Quae quam levia sint, facile intelligitur: nam, ut illud omittamus, non legi in hoc libro, quae Phlegon tanquam Apollonii commemorat, primum in tanta Apolloniani nominis frequentia temerarium est de Dyscolo statim cogitare, ubi grammaticum Apollonium dici audias; deinde et oratio hujus libri, quae paene *βαρβαρίζοντος* est, et rerum dispositio tam illustri grammatico plane est indigna. Phlegonis adeo neque pura neque accurata dictio multum praestat Apollonianae quae in hoc libro cernitur; denique ipsum scriptionis argumentum non *κατεψευσμένης ἱστορίας*, sed, id quod cod. profitetur, *ἱστοριῶν θαυμασίων* locos monstrat. Quid enim *commentitii* in capp. 21, 22, 23, 35, 42, 45 et plurimis hujusmodi, in quibus ex Aristotele et Theophrasto res ad naturalem historiam pertinentes promuntur? an auctor haec pro commentitiis habuit,

quae saepe ἄξια ἐπιστάσεως vocat? Immo *θαυμάσια* haec sunt vel *παράδοξα*, qui est tit. libri Antig. Caryst. (v. Fabric. Bibl. Gr. I, 22, 4), minime *κατεψευσμένα*. Sed ad singula descendamus. C. 5 init. leg. *τοιαῦτά τινα*, pro *τοσ.*, ut cap. 3 pr. — C. 15. *Οἱ (σκορπίοι) τοὺς μὲν ξένους παρατάξαντες, οὐ λίαν ἀδικοῦσι· τοὺς δὲ ἐπιχωρίους παρ' αὐτὰ ἀποκτείνουσιν.* Leg. *παραυτίκα.* Paullo ante in verbis *τῆς Καρίας* deest *ἐν Λάτμῳ τ. Κ.*, quod adde ex Antig. Car. c. 18. — C. 17. *Τὰ σύνεγγυς ἱστάμενα στρουθία.* Fort. *ἱπτάμενα*, quod fort. etiam substituendum verbo *ἐφισταμένη* (*ἐφιπτ.*) *μυῖα* in cap. 8 extr. — C. 24. Quae hic narrantur, referenda esse videntur ad id hominum genus quod dicimus *Mori bianchi:* quorum proinde veteres in Europa vestigia invenisse credibile est. V. *Voltaire, Opere scelte, Londra (Venezia)*, 1760, t. 1, p. 113 (Opp. ed. Fr. Gall. a. 1756 t. 4, p. 326); *Robertson, Stor. d'Amer.*, *Ven.* 1817, t. 2, p. 125; *Hist. de l'Acad. des sciences, an* 1734, t. 1, p. 20—23 ed. Amstel. in 12. — C. 36. *Στρέφουσι δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ ἐν λυχνίᾳ.* Apparet ex seqq. leg. esse *ἐλλύχνια.* — C. 38. Lego: . . . *εἶπεν* (pro *ἐστὶν*) *ἐπὶ πᾶσιν τῶν ἐν Λιβύῃ τι ἔθνος εἶναι, ὑπεράνω* . . . (lacunam statuo), *Συρτέων δὲ καὶ Καρχ. π. ἀ. κείμενον.* Non probo Meursii conj. — Capp. 48—49 male divisa ac proinde ab librario corrupta. Lege »*Ἄξια δ' ἐστὶν ἐπιστάσεως ἃ* (add.) *Θεόφρ. ἐν τῷ π. ἐνθ. ἐξεῖπεν*, vel potius *Ἄξια δὲ ἐπιστ. . . . . ἐξεῖπεν*, deletis vocc. *ἐστὶν* et *τὰ εἰρημένα.* Similis corruptio nimis aperta in capp. 50—51, ubi haud dubie legendum. *Ἄξιον δὲ ἐπιστῆσαι πρᾶγμα Ἀριστοτέλης ἐν τ. φ. πρ. εἴρηκεν.* — C. 49, l. 7 lege: *Καθάπερ, φησίν, Ἀριστόξενον λέγεται τὸν μουσικὸν καταστῆσαι* (sanavisse) *τὸν* etc. Quae in medio sunt, expungenda censeo, ut ex alio loco seu deperdito capite huc perperam illata. — C. 50, l. 7, post *σκευῶν*, addenda verba *πρὸ τοῦ δείλην γενέσθαι*, seu *μέχρι δείλη ἐγένετο*, e loco Theophrasti ap.

Meurs. in nota. (Similis omissio fort. in fine praeced. cap. post verba *τὸ δὲ γιγνόμενον*, nominis, ut videtur, quod *curatio* significabat.) Interjectis aliquibus sequitur: *εἰ δέ ποτε καὶ πολεμικὸν σαλπίσειέ τις, πολὺ χεῖρον πάσχειν μαχόμενον.* Leg. *μαινόμενον*, et in seq. lin. *προάγων, καὶ* etc.

Phlegon Trallianus. De mirabilibus. Ed. Franz. Cap. 1. P. 6, l. 2 a fin. scribe *ξενῶνος. Διὰ δὲ τὸ γεγονέναι πλείονα χρόνον ἢ* (add.) *ὡς ἂν* etc., *Sed quia longior temporis mora interposita fuit quam qua opus erat ad alterum nuntium perferendum:* siquidem perferri eum voluisset: nam alter hic nuntius vere missus non erat, mitti tamen pro tempore recto poterat. Deinde quae sequuntur verba *ὀψέ ποτε* non ita capienda sunt, ut dicuntur ab Atticis ac probis scriptoribus, *tandem aliquando*, sed *sero* vertenda, ut *ὀψέ ποτε ἧκεν* sit *ὑστέρησεν.* Sic Joseph. contra Ap. 1, t. 2, p. 444, l. 4: *Ὀψέ ποτε καὶ μόλις.* — Ib. p. 8, ibi not. *r.* Scribe *δυσφορεῖν· τῷ νεανίσκῳ δὲ* (pro *καὶ*, de qua confus. v. citatos a Schaefero ad H. Steph. Thes. ed. Paris. v. *δὲ* p. 929) *τῷ ξένῳ* etc. Nam *ὁ νεανίσκος* idem qui *ὁ ξένος*, ut ex tota narratione abunde apparet. Qui locus ni corrigatur, obscura erunt reliqua. — Ib. p. 10, l. 5. *Καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐδήλωσεν ὡς ἥκει.* Lege *ὡς εἶχεν.* — Ib. p. 14, l. 11. *Οὐ γὰρ ἄνευ θείας βουλήσεως ἦλθον εἰς ταῦτα.* Fort. *ἐνταῦθα.* — Ib. p. 20, l. 6. *Ἵνα καὶ τῶν σωμάτων τινὰ τῶν ἱστορούντων τὰ κατὰ μέρος ἐξαποστείλω σοι.* Sunt *scripta aliqua* vel sua vel aliorum, in quibus quae supra narrata sunt, accuratius et *κατὰ μέρος* exponuntur. V. Toup. ad Longin. c. 9. Adde Cic. ad Att. II, 1. Phot. Bibl. cod. 77 de Eunapii historia chronica post Dexippum: *τὸ δὲ λοιπὸν τῆς συγγραφῆς σῶμα.* Eustathius in prooem. schol. ad Dionys. Perieg. de ipsa periegesi: *Καὶ οὐδενὸς ὅλως ἀμοιρεῖ τῶν πολλῶν ποιητικῶν καλῶν τὸ μικρὸν τῆς ποιήσεως σωμάτιον.* Nihilominus Casaubonus ad Athen. lib. 5, c. 10, p. 360 sq. *σώματα* capit de servis ad

extorquendam veritatem missis. — C. 2, p. 26, ubi not *b*. Ante vel post verba τοὺς κυριεύοντας τῶν κατὰ γῆν deest verbum seu participium potius verbi quod *exorare*, *impetrare* vel ejusmodi aliquid significet. Nam κυριεύοντες τῶν κατὰ γῆν sunt *dii inferi*, ut infra p. 28, 11 οἱ κατὰ γῆν ὑπάρχοντες δεσπόται, quod mirum est fugisse interp. Fort. inserendum πείσας. — C. 3, p. 42, ante versus: τὰ μὲν οὖν ἐν μέτρῳ ῥηθέντα ὑπ' αὐτοῦ ἔτι ὄντων ἐν τῇ σκηνῇ cett. Immo ὄντος, Vide p. seq.: Ἀνειπὼν δὲ τοὺς στίχους τούτους, ὥρμησεν ἐκ τῆς σκηνῆς. — Ib. p. 44, l. 13. Διαβάντας ἐπὶ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν. Leg. ἀπό. — C. 5, p. 58, l. 4. Ποιήσειν αὐτὴν ὃ ἂν ἐθέλῃ. Leg. αὐτῇ. Error ortus e lin. prox. — C. 6, p. 60 extr. Πᾶσιν μὲν θεραπείαν αὐτῇ προσφερόντων ἐν τῇ πόλει ἰατρῶν. Lege πᾶσαν μ. θ. α. προσφερόντων τῶν ἐν etc. Erratum ob praecedens πᾶσιν. — Ib. p. 62, l. 6 μετὰ δὲ χρόνον, i. e. *indi*, *a quelche tempo*, de tempore infinito. Alias Graeci elegantius χρόνῳ ὕστερον, sed Phlegon non omnino ἀττικώτατος, ut de Chronicis certe vel Olympiadibus ejus judicat Photius, et in scriptis quae aetatem tulerunt videmus ipsi. Ita etiam Eratosth. Catast. c. 33, Conon. Narr. 29 ap. Phot. — Capp. 13 seqq. Hoc caput et c. 14 integrum Apollonii narrationem referunt de terrae motu Asiano, de instauratione urbium, cett. Is autem haec ea tantum de causa memoravisse putandus est, ut ab illo terrae motu ad mirabilem rem de ossibus ea occasione detectis deveniret. Nam in instauratione civitatium, statuae dedicatione et cett. nihil profecto miri erat, quare aut ab Apollonio in κατεψευσμένῃ ἱστορίᾳ referretur aut a Phlegonte exscriberetur inter θαυμάσια. Falsus enim haud dubie est Meursius in nota ad h. l. Quintodecimo autem cap., quocum omnino jungendum c. 16, Phlegon ad suam rem revertitur, defendens narrationem Apollonii: nam illud τῷ εἰρημένῳ de Apollonii dicto intelligendum. Rursus Apollonium inducit cap.

17: de eo enim necessario capi debet ὁ αὐτὸς, quod non satis advertit Meursius. — C. 17, l. 5 ἐφ' ἧς ἐπιγέγραπται τάδε. Leg. videtur ἐπιγεγράφθαι. — C. 19, l. 5. Τὸν παρ' αὐτοῖς τινὰ ἀναῤῥαγῆναι λόφον. Lege τῶν. — C. 25, l. 4. Τοῦ αὐτοκράτορος γενομένου. Deesse hic vel ὕστερον vel μετὰ ταῦτα vel ejusmodi aliquid, ex descriptione olympiadum ap. Meurs. in not. potest erui. Ejusd. fragm. *de Olymp*, p. 136 prope fin. ejusd. ed. Οἱ δὲ ἀποστάντες πάλιν τοὺς περὶ τὸν Λυκοῦργον ἠτοῦντο τοῦ λοιμοῦ παῦλαν καὶ ἄασίν τινα. Lege ἀποστείλαντες, ob praeced.: Στέλλονται δὴ εἰς Δελφοὺς χρησόμενοι etc.

Dio Cassius. Fugit editores, etiam Sturzium in Spicilegio, fragmentum hujus scriptoris ap. Ioannem Damascenum. De drac. et strigib. t. 1, p. 472, A, B ed. Leq.: Ὁ δὲ Δίων ὁ Ῥωμαῖος ὁ συγγραψάμενος περὶ τῆς βασιλείας καὶ περὶ τῆς δημοκρατίας Ῥώμης, καὶ διηγησάμενος περὶ τοῦ πολυθρυλλήτου πολέμου τοῦ Καρχηδονίου, λέγει ὅτι Ῥηγούλου τοῦ ὑπάτου Ῥώμης πολεμοῦντος τὴν Καρχηδόνα, ἐξαίφνης δράκων ἑρπύσας ἔξω τοῦ χαρακώματος τοῦ Ῥωμαίου στρατοῦ ἔκειτο, ὃν τῇ προστάξει αὐτοῦ ἔκτειναν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἀποδείραντες αὐτόν, ἔστειλε τὴν δορὰν αὐτοῦ τῇ συγκλήτῳ Ῥώμης· μέγα θαῦμα· καὶ παρὰ τῆς αὐτῆς μετρηθεῖσα συγκλήτου, ὡς αὐτὸς ὁ Δίων ἔλεγε, εὑρέθη ἔχουσα μῆκος ποδῶν ἕκατον εἴκοσι· πρὸς τὸ μῆκος αὐτοῦ ἦν καὶ τὸ πάχος.

Julianus. Orat. 7, p. 207, C: Ἡδύσματα ταῦτα παρὰ τῆς ποιητικῆς Μούσης ἐδρέψατο, καὶ παρέθηκέ γε αὐτὸς τούτου χάριν, ὅπως μὴ σιλλογράφος τις, ἀλλὰ ποιητὴς νομισθείη. Lege αὐτοῦ τούτου χ.

Hyperides ap. Stob. Flor. 124, 36, p. 618, 9: Οὐ γὰρ θρήνων ἄξια πεπόνθασιν, ἀλλ' ἐπαίνων μεγάλων πεποιήκασιν. Εἰ δὲ γήρους μὴ μετέσχον, ἀλλ'. εὐδοξίαν ἀγήρατον εἰλήφασιν. Apparet leg. esse εἰ γάρ.

Eryxias dialogus p. 76, l. 14 Boeckh.: Οὐδέν τι

μᾶλλον ἀληθεῖς ἢ ψευδεῖς. Postrema verba, ἢ ψευδεῖς, a glossatore illata sunt.

Josephus. Contra Apion. 2, 31, p. 1278, l. 4 a fin. Oberth.: Ἐφ' ἣν δὴ τοῦτο μόνον τὸ καλὸν ἔργον καὶ φιλάνθρωπον etc. sine verbo, neque habet ἐφ' ἣν quo referatur. Lege Ἐπῆν, *incumbebat* Lacedaemoniis. — Ib. 34, prope fin.: Τοῖς δὲ εὐφημοτέροις τούτων (deorum) καὶ θύειν τὰς πόλεις ἔπεισαν. Vertunt *honestioribus*. Sed intellige deos malos et vide quae de εὐφημίᾳ Helladius in Chrestom. ap. Phot. p. 874 Hoesch.

Hesychius Miles. Res Cpol. init. (Meurs. Opp. t. 7, p. 303, l. 8 Lam.): Ἤδη μὲν γὰρ etc. Omnino leg. Ἔδει μὲν etc.

Proclus ad Timaeum ap. Ruhnk. in Longino Weiskii p. LXXX, l. 12: Πολλὴν δὲ αὐτὸν (Platonem) ποιεῖσθαι καὶ τῆς συνήθους προμήθειαν. Lege συνθήκης, ut e seqq. apparet. Alterum e praeced. lin. illatum.

Papyri Graeci R. Taurinensis Mus. Aeg. ed. Am. Peyron. Pars I. 1826. Pag. 24, l. ult. Περισυγκεχωρημένον vertitur *concessum:* sed simul inest notio praescriptionis, ne habitarent alibi. Non est otiosa praep. περί, id quod colligere aliquis possit ex editoris nota ad h. l. et p. 21, l. 10. — P. 26, l. 20 (p. 7 Pap.) μηγοῦν καὶ non est *sed tantum*, ut editor vertit et p. 169 explicat, sed *nedum*; deinde τὰς κτήσεις ἐπιφέρειν, *producere documenta possessionis* vel *dominii*, ut p. 36, l. 2 et 42, l. 9 sq. (p. 9 Pap.). — P. 40, l. 34 verba τοῦ πρὸ τοῦ πρὸ ἡμῶν ἐπιστάτου vertuntur *praedecessoris nostri:* immo est *praefecti praedecessoris ejus praefecti qui ante nos fuit.* Neque enim credibile syllabas πρὸ τοῦ perperam hic esse repetitas (licet ejus erroris haud pauca in his papyris reperias exempla), cum p. 44, l. 23 eadem haec verba de eodem legantur sine ullius apicis differentia. — P. 44, l. 26 verba καὶ αὐτοὶ verte *nos igitur* etc. Pertinent enim haec cum seqq. omni-

bus ad εἴπαμεν, i. e. ad praefectum quique ei adsunt judices, non ad Horum et ejus gregales Cholchytas. Praecedentem lineam, *καὶ μηθὲν παρατεθειμένον συντετάχθαι μὴ ἀντιποιεῖσθαι*, ita explico, ac si esset *καὶ μὴ παρατεθ. συντ. τι, μὴ ἀντ.*, *quumque in ea sententia Ptolemaei praefecti* (de qua etiam p. 40, l. 33 — 35) *non enuncietur, injunctum aliquid esse, ne Cholchytae hanc sibi domum vindicent. Συντάσσειν* enim *injungere* est pro Graecitate ac more horum papyrorum, ut p. 28, l. 9: at ea significatione, quam statuit editor, *convenire*, non usquam me hoc in papyris invenire memini. — In nota p. 97, l. 10, *καὶ χρηματιστὰς καὶ τοὺς τούτων ὑπηρέτας ἐπέταξε κατὰ νόμους*, verto *per Nomos* (*νομοὺς*), non »*ex legibus*,« quamquam hoc adversari video editoris sententiae de Chrematistis certo loco non addictis.

E grammaticis observationibus. Notandus infinitivi usus apud Theonem sophistam, in Progymnasm. 2, p. 36 ed. Basil. 1541: *Παραφυλακτέον δὲ καὶ τὸ παραλλήλους τιθέναι τὰς πτώσεις ἐπὶ διαφόρων προσώπων· ἀμφίβολον γὰρ γίνεται τὸ ἐπὶ τίνα φέρεσθαι.* Hoc plane est illud hodiernarum linguarum: *je ne sais que penser; yo no he que comer; io non veggo dove andare; I κνοω not what to do*, et sexcenta hujusmodi. Similiter Lucianus qui fertur Philopatride prope fin.: *Ἐδυσχέραινον γὰρ τί τοῖς τέκνοις καταλιπεῖν.* Epicurus in Epist. ad Herodot. ap. Diog. Laert. X, 37: *Ὅπως ἂν τὰ δοξαζόμενα ἢ ζητούμενα ἢ ἀπορούμενα ἔχωμεν εἰς ὃ ἀνάγοντες ἐπικρίνειν.* Noster *Fazio degli Uberti* in poemate *Dittamondo* lib. 1, cap. 29, v. 18:

Che mi vendrei se fosse chi comprare, h. e. *chi mi comperasse.*

Singularis locutio habetur apud Photium, Bibl. cod. 242, p. 560 Hoesch., in excerptis ex Damascio de vita Isidori. Is, postquam dixerat, enharmonium musicae genus ab Asclepiodoto inveniri non potuisse, haec addit: *Αἴτιον δὲ τῆς μὴ εὑρέσεως τὸ κ. τ. λ.*, *de la non-découverte.* Quae lo-

quendi forma, sive Damascii est sive Photii, certe desciscentis erat Graecitatis, sed pulcherrima et majore usu et in scribendo et in loquendo dignissima. Sic Itali nostri, *noncuranza*, *non cale*, *non calere*; Francogalli *nonchalance*, *nonchaloir*; Angli *nonsense*, *nonsensical*, *nonage*: et hujusmodi alia, sed pauca.

Specimen
Quaestionum Lucilianarum.

Postquam Robertus et Henricus Stephani inter *Fragmenta poetarum veterum Latinorum* 1) etiam C. Lucilii reliquias ab ipsis primum collectas ediderunt, separatim easdem atque singulatim recognovit auxitque *Franciscus Dousa* 2), filius Iani, cujus potissimum — ut ait in Dedicatione — consilio ac judicio utebatur. Qui tametsi in restituenda his fragmentis vera genuinaque forma atque in docta eorum explicatione operam multam consumpserat, eamque haud irritam, cum praeter patrem, virum Latinarum litterarum peritissimum, aliosque eruditos etiam Jos. Scaligerum habuisse adjutorem videatur: non tamen potuit Baelii 3) quandam reprehensionem effugere, qui curam ejus agnoscens indigere sic quoque has reliquias pronunciavit, quae ab docto aliquo homine denuo percenserentur atque explicarentur. Nec in-

1) Parisiis 1564. 8.

2) Dousae editio Lugduni Batavorum apud Raphelengium prodiit anno 1597. 4 Eam denuo, auctiorem, ut dicunt, Patavii apud Cominum typis describendam curarunt fratres Vulpii a. 1735. 8. atque una cum Censorini de die natali libro etiam Sig. Havercampi filii Lugd. Bat. a. 1743. 8. Haec igitur tertia est: exemplaria autem quae inscriptum habent Amstel. 1661. (4.) solum titulum mutavisse testes sunt Fabric. Bibl. Lat. III, p. 231 et Ebertus in Lexico bibliogr.

3) Lexico crit. et hist.

juria ille ita censuit: certe sententiam multo graviorem Dousa de se ipse tulit, cum sic sentiebat, ut quae praestiterat *vacillantis adhuc et parum liquido consistentis ingenioli tyrocinia vocaret.* 4) Quod illum vere de se confessum esse, quicunque librum ejus evolvet intellexerit: quanquam non minus credibile est illud, quod ibidem narrat, se ab edendi consilio »revocatum tacita quadam conscientiae trepidatione« aegre obsecutum Jos. Scaligero *identidem adhortanti et de editione aurem vellenti.* Namque tantum abest, ut illi magno viro datam ejus operam placuisse miremur (habet enim suspicionem lenioris judicii ipsa Scaligeri erga Dousam voluntas), ut plerisque aequalium ejus gratam eam atque optatam fuisse facile nobis persuadeamus. Quapropter si qnid tamen in Dousam mihi deinceps animadvertendum erit, id non tam juveni modestissimo volo quam aetati qua vivebat ejusque his in litteris levitati vel minori intelligentiae imputaris.

Judico autem equidem (neque a nobilissimis recentioris memoriae criticis me discrepare puto), ab eo qui fragmenta antiqui alicujus scriptoris edere molitur haec duo in primis spectari oportere: ut unicuique loco omnem scripturae discrepantiam subjiciat, et ut verba quae supersunt ita inter se connectat eumque in ordinem adducat, qui vel ipse conferat aliquantum ad singula quaeque recte perspicienda.

Prius cum alias, tum maxime in recensendis fragmentis necessarium idcirco arbitror, quia plerumque fere extra pauca verba nihil habemus, qno scriptoris mentem ac genuinam manum investigare et assequi possimus. Quod enim in libris integris crebro fit, ut ex ordine serieque rerum et sententiarum atque ex ipso ejus qui scripsit ingenio non tantum vitia aperta corrigantur, sed latentia etiam aperiantur, id in his veterum poematum aliarumque scriptionum particulis fieri ne potest quidem. Saepenumero in earum censura velut in ju-

4) In Dedicatione.

dicio versamur, in quo nisi ex fide testium eaque mala agendum non sit: esse aliquid commissum plerumque convenit, sed neque reum satis, a quo, neque tempus sive locum novimus, ubi id factum est, adeo ut quale sit illud prorsus lateat: tantummodo quaedam fraudis vestigia ad nos delata sunt, e quibus quid verum sit tanquam ex invitis testibus, qui id ipsum vario modo dissimulare atque obtegere solent, acri judici diligenter exquirendum indagandumque est. Necesse est ergo nullum is interponat suum judicium, antequam testimonia qualiacunque sunt quam plurima collegerit: quo facto demum criticam artem adhibeat, ut comparando et perpendendo aut id unum eorum dispiciat quod pro vero habendum est, aut tale quid quaerat, si falsa sint omnia, ex quo haec fieri potuisse in promptu est. Huc maxime pertinet quod gravissimus criticus Bentleius in epistola ad G. Richterum data 5) commonet, »quanto mendosiora et absurdiora videantur quae in codd. perscripta exstent, tanto ea fidelius et diligentius observanda notandaque esse: *quippe ex illis contaminatissimis, quae alius forte spreverit et velut indigna notatu praeterierit, ego haud raro pulcerrimas emendationes eruo et extundo.*« An putas, quae homo sagacissimus in scriptore incolumi opus sibi esse duxerit, ea in lacero et dissipato impune contemni atque despici posse ab iis quorum obtusior acies sit? Immo hos diligentiores esse et ut plura cernant longiusque videant, quam praeterea solent, omnibus viribus eniti oportet. At enim multi editores etiam nostra aetate negligentius se gerunt, quorum plures »consistunt fere tum demum, ubi impeditior sensus vel ipsa specie manifestum vitium objicitur; jam ad varias lectiones aut ad vetus exemplar confugiunt, surda plerumque oracula, nisi constanter consulentibus.« 6) Iustae vero,

5) Wolf. Anal. I p. 91.

6) Wolf. prolegg. (Hal. 1795) p. 4.

perpetuae et certis artis legibus nixae recensionis cum multi auctores ex quibus aliorum fragmenta conquirenda sunt adhuc expertes sint, non sine magno labore comparari ea et emendari possunt: utique cum qui colligere illa parat non modo in ipsis quas quaerit reliquias verum per totos libros, eos certe quibus plures earum continentur, necesse est omnem scripturae varietatem percurrere codicumque et veterum exemplarium censum habere. Ita demum fiet, ut singulos testes (liceat uti eadem hujus verbi translatione atque paullo supra) accuratius cognoscat et quid voluerint aut noluerint certius intelligat. Dousae tamen quod in recognoscendis Lucilii fragmentis tantam curam et diligentiam non adhibuit crimini non demus: res enim uti nunc ardua est et quae a Scaligero ipso, si nostris temporibus esset, vix decem annis perficeretur; ita illa tempestate eo fuit difficilior, quod critici ingenii acumine quam certorum ac multorum testium auctoritate proficere malebant. Sed vitio ei vertendum est, quod neglectis veterum librorum testimoniis nunc corruptissima ne verbo quidem signat, nunc conjecturas patris aut aliorum nimia facilitate approbat et pro Lucilianis venditat. Consignata ab eo librorum Mss. differentia et rara est nec testata semper ac fide digna.

Alterum quod postulavimus praecipue ad eum attinet, qui ipsius Lucilii reliquias non tantum colligere instituit et in suum quasque librum quovis ordine distribuere, sed etiam momento quodam et argumento ipsorum dispensare atque disponere. Tametsi enim notissimum illud Juvenalis:

Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli,

recte creditur etiam in satiras Lucilii cadere: sunt tamen saepius uno e libro reservati non pauci versus, in quibus verisimile est (nam quod omnino sit certum raro ex his »disjectis membris« efficitur) poetam de eadem re vel homine disputasse. Neque res per se incredibilis est, cum de plu-

ribus libris non decem aut viginti sed septuaginta et centum versus aut versuum partes supersint, eorum nonnullos in integris olim voluminibus sibi confinem tenuisse locum et parvo aut etiam nullo intervallo disjunctos fuisse. In hanc rem igitur diligenter inquirendum puto, non quo quasi sertum quoddam solidum ex decerptis his et dispersis flosculis refici possit, sed ut fragmenta quae manifesto vel probabiliter ad unam rem spectant, praesertim cum metri quoque societate conjuncta sint, in collectione nostra vicinitate loci comprehendantur sibique invicem lumen quantulumcunque est afferant. Cujus rei investigatio mirum quantum et utilitatis et jucunditatis fructum praebet, licet etiam illud concedam esse reliqua permulta, e quibus sententiae vel argumenti totius e qua deprompta sunt satirae nihil omnino possit elici. Istud non fugit Dousam qui *centones Lucilianos* a patre, ut ait, concinnatos editioni suae adjiceret: attamen ipse (de Jani ludicro conatu nihil est quod dicam) hac quoque muneris sui parte perfunctus est parum prospere.

Quae cum ita sint, quid ego exiliores et plane subitarias commemorem notas, quibus Dousa conatus est has reliquias fruendas nobis et percipiendas reddere? Mihi in libro ejus multum volutato mirum non est, quod illud Baelii judicium quisquis eum paullo accuratius inspexit paene ad verbum repetiit: 7) verum mirari subit, nondum exstitisse eum, qui quod tanto opere desiderabatur enixe susceptum exsecutus sit usque ad extremum. 8) Quod quibus de cau-

7) Fabricius l. m., J. N. Funccius de Adol. ling. Lat. p. 91, Reuvens Coll. litt. (Lugd. Bat. 1815) c. 3 p. 15.

8) Praeter Josephum Isacum, quem fragmenta Lucilii collegisse auctor est Paulus Colomesius (v. Fabric. l. m.), nemo post Dousam in cunctis illis et corrigendis et explanandis operam posuit: nam Achaintre in sua Persii editione, cui illa subjunxit, nihil amplius egit, quam ut quae apud Dousam leguntur typis denuo exscribenda curaret, omissis tamen annotationibus ejus omnibus. At passim vel emendando vel explicando tetigerunt haec fragmenta complures, velut Jan. Guilielmus libris Verisimilium, Turnebus Adversariis et alias, Lipsius

sis factum sit dictu non est difficile, sed nihil hic attinet disputare. Unum jam restat, ut de iis, quae hisce insequentibus plagulis cum eruditis communico, pauca praemittam. Ipse enim ut primum ingressus sum Lucilii fragmenta recensere et explicare denuo, statim intellexi etiam vitam ejus recognoscendam esse: quippe Dousa perquam breviter et leviter eam perstrinxit atque multa silentio transiit: Baelius autem omnia ad liquidum perducere fortasse ne voluit quidem. Constituebam vero omnem de vita commentationem in duas partes dividere, quarum in priore de rebus tanquam exterioribus ageretur, ut de nomine, de aetate, de patria, de genere cet., in altera exponeretur de scriptis, de loquendi genere et de aliis rebus, quae ad comprehendendam propriam hujus poetae indolem ac rationem pertinerent. Atque superioris partis tria capita jam profligata ac paene absoluta exhibeo: quartum in posteriore aliquando ponendum erit. Quae etiamsi omnia ita comparata intelligo, ut in varias reprehensiones incurrere possint, maxime tamen vereor, ne quis quae de nomine Lucilii disputavi copiosius et fusius disputata dicat quam hic locus permittat, nec tamen non esse metuendum mihi, ne quando futurus sit grammaticus, qui uberiore et subtiliore doctrina instructus sententiam meam paucis refutet atque evertat. Sic judicanti nihil habeo respondere nisi hoc, ut tum cum hoc acciderit etiam illud lubenter me concessurum esse profitear. Similiter vero de iis quae capite secundo de Lucilii aetate disseruntur animus praesagit futuros qui me acta egisse incusent: nempe id ipsum quod tam studiose comprobare voluerim in vulgari-

variis et antiquis Lectt. et epist. Quaest., Palmerius Spicilegiis, alii quorum scripta Lampade Gruteri continentur, praeterea teste Fabricio L. m. Janus Rutgersius Lectt. Venusinis et Ryckius centuria nova Epistolarum, quibus nuper accessit libro quem supra commemoravi C. J. C. Reuvens. Multa eorum tentata ab eruditis sunt etiam in aliorum poetarum editionibus, imprimis Plauti, Terentii, Lucretii.

bus litterarum Latinarum enarrationibus poni atque doceri solere nulla adjecta dubitatione aut alienae dubitationis notitia. Sed istis non est quod me purgem: hoc unum timeo, ne peritiores rerum et intelligentiores me egisse verbosius quam verius censeant. Tertio de urbe Lucilii patria quaeritur: quo in loco etsi adversarium nullum habui nisi illos nescio quos, qui Funccio de Adol. linguae Lat. p. 89 annotante Lucilium Canusinum fecerunt (mirifico errore, ni fallor, propter versum in Horatii Sat. I, 10, 30): tamen quoniam mihi propositum est nihil in hac vita exponere nisi indicato cujusque rei auctore ac fonte, omnia quae vulgo credebantur a principio retractanda et suo quaeque reddenda testi erant. Quod si illis quos supra significavi distincte et apte perfecisse videbor, me id quod hoc capite expetii consecutum esse gaudebo. Reliqua se ipsa defendant.

I.

De nomine.

Praenomen Lucilio *Cajum* fuisse non est quod in dubium vocetur: ubicunque veteres apposito praenomine hujus poetae mentionem faciunt, sine ulla librorum discrepantia *Cajus* 1) appellatur, non *Lucius*, quemadmodum nonnulli arbitrati sunt. Quorum error inde videtur fluxisse, quod, cum plures commemorentur Lucilii, vel ab uno Cicerone, nonnemini eorum praenomen Lucio est.

Nomen ipsum modo per unam L litteram modo per duas scriptum invenimus: illud in vetustioribus libris saepe, hoc non ita diu usu increbuit. Utra scribendi ratio praestet quaestio est levis quidem ac minuta, ut videtur simili-

1) Cf. Cic. Orat. I, 16, 72. II, 6, 25. Acad. II, 32. Euseb. in Chron.

que in re visum est Oudendorpio ad Frontin. I, 5, 6: at haud negligenda neque ad judicandum prompta. Nec equidem veniam mihi petendam existimo, diligentius quam est hucusque factum disputaturo una de littera, utpote qui interiora velut sacri hujus adeuntibus (ut Quinctiliani de orthographia verbis utar) apparituram spero multam rerum subtilitatem.

Franciscus Dousa 2) nomen Lucilii per unam L scribi vult: quod utut est, ratio quam de hac sententia reddit levior est illa quidem nec omnino vera. Dicit autem »nomen Lucilii *semper* simplici L expressum esse in omnibus veteribus libris tam formis excusis quam manu exaratis Ciceronis, Horatii, Festi, Nonii et aliorum qui testimonia illius advocent.« 3) Quae res si ita se haberet, mirum sane esset quosdam magnos superiorum aetatum viros, velut Turnebum, Salmasium, Jos. Scaligerum, Lambinum, Mercerum in ed. Nonii, Cortium in Orthographia, alios solitos esse scribere Luc*ill*ium: quos doctos homines cave ne putes ita scripturos fuisse, si in libris calamo scriptis aliter ubique reppperissent. Quid si etiam illud a vero abest, quod Dousa »nunquam aliter (quam per unum L) in lapidibus priscis esse« contendit? Certe in iis quorum inscriptiones nuper Orellius collegit aliis alio modo nomen hoc enotatum est, tum duplici L ut in 2244, 4225, tum simplici ut in 247, 2783, tum utraque ratione in 3461, qui lapis id ter exhibet.

2) In vita Lucilii fragmentis praemissa p. 183 Haverc.

3) Idem dicit, sed modestius, Cellarius in Orthogr. p. 279 ed. *Harl.* Dissidere tamen codices in scribendis nominibus quae in ilius exeunt, vix opus est ut pluribus monstretur. V. Casaub. ad Suet. Gramm. c. 6. Heusing. ad Cic. Off. I, 11, 10. Drakenb. ad Liv. III, 9, 2. Krehl. ad Priscian. I p. 244. Editores plerique talem scripturae varietatem neglexisse videntur, et Garatonius ad Cic. Planc. 32, 77 — ubi, quoniam suis in codd. *Racilii* nomen per unum L exaratum sit, ita statim esse in omnibus *opinatur* — in hoc suo *opinor* frustra nos acquiescere jubet, cum istud geminata littera editum sit a Lambino et Graevio aliisque.

Quanquam negari non potest in plerisque monimentis litteram illam non esse duplicatam. 4)

Verum tamen ulterius progrediendum est. Nam non modo ex hac saxorum discrepantia, quae in aliis hujus generis nominibus multo major est quamque haud recte ita expedias, ut imperitis eam lapicidis deberi dicas (accedit quod etiam a Graecis fere scribitur *Λουκίλλιος*, ut *Ποπίλλιος*, *Τουρπίλλιος*) sed ex eo quoque quod de Opilio Grammatico Suetonius c. 6 memoriae prodidit facile cognoscitur ipsos jam veteres Romanos in horum scriptione nominum sibi non constitisse. Neque id Dousam praeterisse videtur, qui ad stabiliendam fidem eorum quae supra retuli monet auctore Scaligero, »veteres haud aliter I productam quam EI diphthongum enunciare solitos ideoque Lu*cei*/ius ab iis eadem ratione qua Ser*vei*/*li*us scribi consuevisse, Ser*veil*ius autem reperiri in nummis non paucis.« id quod Garatonius ad Cic. Planc. c. 25 testificatur. At sicut neutiquam consequitur, quia sic *Serveilius* aliquoties inveniatur, idcirco etiam hanc scripturam *Luceilius* veram fuisse vel usitatam: 5) ita nihil inde proficitur ad refutandam L litterae geminationem, quod sic demum fieret, si — quod quidem a Niso Grammatico praecipiebatur — post longam vocalem consonans geminari non deberet. Etenim contraria apud Romanos in

4) Cf. ap. Orell. n. 1014, 2780, 3095, 3743, 3882, 4057, 4109, 4258, 4880.

5) Scio quidem, etiam Garatonium loco supra memorato similiter sensisse de nomine *Duilii*, cujus secundam syllabam per EI incisam fuisse putat in columna rostrata, cum in codd. vel *Duellius* vel *Duillius*, in Fastis Capitolinis *Duilius* sit. Sed ut concedam quod Heinrich. ad Cic. Re publ. I, init. vult, ab ipsius Ciceronis manu profectum esse *Duellium*, non tamen possum quin Osanno ad Appul. p. 134 adstipuler, cui *Duelios*, ut in cod. Vaticano Majus invenit, fuisse videtur scriptura antiquior. Ita verisimile est etiam in columna illa nomen scriptum fuisse, tum quia diu usitatissimi moris fuit semivocales non geminare (Quinct. I, 7, 14), tum eam ob rem quam exposuerunt Spalding. ad Quinct. I p. 76 et Henrichs. ad Cic. Orat. III, 12, 46.

usu fuisse constat, atque ex Quinctiliano (I, 7, 15) comperimus diphthongum istis duabus litteris non solum non esse expressam, quanquam pronunciatione quiddam interfuisse inter EI et I ipse Lucilius testis est, sed ne I longum quidem ita semper distinctum a brevi: 6) adeo ut conjici possit ante Lucilium et ab ipsius aequalibus nunc I solum nunc EI esse sine certa aliqua lege positum. 7).

His enarratis apparet, ut puto, rem qua de agitur adhuc integram esse, nec fore opinor quenquam, qui Schneidero quod utrum rectius sit et in Lucilii nomine et in similium nonnullis in medio reliquit 8) verterit vitio. Quoniam autem aetatis est ususque nostri — magis aliquantum, nisi fallor, quam Romanorum, v. Cic. Orat. II, 27 — a capite quod velimus arcessere et unde omnia manent videre: meam de origine horum nominum sententiam ut potero brevissime exponam, ita quidem ut ea quemadmodum scribenda sint simul perspiciatur.

C. Sigonius et Onuphrius Panvinus, 9) qui de nominibus Romanorum scripserunt, ea quae in ilius desinunt alia aliter explicantes partim ducunt a verbo nativo quod exit in ilus, ut *Rutilium* a *Rutilo*, aut in ulus, ut *Caecilium* a *Caeculo*, aut in illus, ut *Popillium* a *popillo*, partim ab iis putant descendere quae in ius finiuntur, velut *Lucilium* a *Lu-*

6) V. C. L. Schneider. Gramm. Lat. I p. 63 et 68.

7) Hanc opinionem luculenter confirmant duo legis Thoriae fragmenta quae Sigonius (de antiq. j. Italiae II, 2) in tabulas aeneas incisa repperit in Petri Bembi Cardinalis Museo. Ratio scribendi in hac lege, quae lata est viro Lucilio a. U. 642, varia est admodum ac fluctuans: nam alias *populei Romanei, seiquis, agrei, locei, deicito, moincipieis*, alias *populi Romanei, siquae, agri, primus, sociis* legitur. I breve semel tantum per EI scriptum est, in hoc *nisei*. Idem modus scribendi desultorius in aliis quibusdam vocibus obtinetur.

8) Gr. Lat. I p 408.

9) Graevii thes. Ant. R. II p. 1969. 2006. Panv*inum* dico cum Norisio. Cf. Th. Reines. in Sallengeri thes. I p. 573.

cio seu quod Sigonius addit a deminutivo *Lucillo*, *Manilium* a *Manio*, *Metilium* a *Metio*, *Quinctilium* a *Quinctio* cet. Mira est autem hujusmodi varietas et quasi inconstantia, cujus illi docti linguam Romanam insimulant. Quos licet G. Vossius de Arte gramm. II, 17 secutus sit, eam tamen notationem non possum non improbare, atque minus etiam cum Ph. E. Huschkio 10) sentio, qui illorum nominum originem continuo ab his vult trahi quae sunt *lucus*, *manus*, *quintus*.

Enimvero manifestum est terminationem illam hasce duas in partes il - ius disjungendam esse: quarum posteriorem frequentissime solam videmus suppeditare novis parandis vocibus. Quemadmodum enim ex ipsis radicibus fiunt *fluv - ius*, *gen - ius* et nemo non *sacerdot - ium* ducit a sacerdote, ita necesse est v. c. *patric - ius* proxime revocetur ad *patricum* 11) tanquam ad suum fontem et *edul - ium* ad *edule*, et sic porro *Servius* ad servum, *Quinctius* ad quintum, *Valerius* s. *Valesius* ad Valesum s Volesum, *Claudius* ad Clausum. In his et similibus I penultimae est vinculi instar, cujus ope terminatio ad stirpes adjungitur et quasi attexitur. Prior autem illarum partium, adsumptis ubi genus designaretur U, S litteris, itidem adhibita est ut copiam verborum augeret: eaque modo ilus apparet ut *Rutilus*, modo ulus ut *Regulus*, alias illus ut *Camillus*, interdum ullus ut *Catullus*. Quae cum ita sint, quis est qui credat *Quinctilium* et *Lucilium* et alia similia orta esse a *Quinctio* et *Lucio* vel a *quinto* et *luco*? Nimirum in medio jacent 12) illa quae modo dixi quaeque in libris quidem rarius occurrunt nobis, at tanto magis populo vigebant. Quid enim? quaenam est lingua, quae humano modo virium plus absumpserit

10) Anal. litt. ed. ab J. G. Huschkio p. 121.

11) Hoc etiam si non haberent Plautus et Varro, tamen fingi oporteret.

12) Suspicor in eadem sententia fuisse Priscianum p. 634 Putsch., sed obscurius locutus est.

quam satis est? Fateor fieri id posse in singulis quibusdam vocabulis, sed nequaquam in tanta verborum multitudine et tot firmae perpetuaeque legis documentis, neque illud prius quam tum, cum propria cujusque formae eorum ratio sciri et persentiri ab omnibus desinebat.

Vocalis L litterae antecedens tantam varietatem subiit, ut omnes quinque hoc loco deprehendantur, e quibus alias alii populis 13) sed Romani in his de quibus disputatur nominibus I potissimum usurparunt, quae littera, cum in nonnullis U potius, in aliis E videretur sonare, in utramque partem alternabat. Omnium vero vocum, quarum in exitu L est aut LL, duo omnino genera esse existimo. Ad alterum ea refero sive substantiva sive adjectiva, quae in īlis terminantur ut *facilis*, in īlus ut *nubilus*, in īllus ut *ovillus*, *suillus*, in ŭlus ut *credulus*, *pendulus*, *figulus*, *cingulus*, *capulus*: 14) quorum differentiam, quanta cernitur in syllaba extrema, nullam esse si ad remotiora linguae tempora spectas tum ex iis intelligitur quae Hartungius de Casibus p. 142 disseruit, tum sat multis comprobatur verbis quae utroque modo finiuntur, sicut *imbecillis* — *imbecillus*, *sterilis* — *sterilus*, *dapsilis* — *dapsilus*. 15) Hoc tamen animadvertere licet, ea quae I ante L habeant et a substantivis proficiscantur US in fine praeferre, quae autem a verbis, IS: sic

13) Apud Graecos frequentiores verborum fines hi videntur: ῡλος et ᾱλος, velut στωμύλος, στρογγύλος, ἀμαλός, ἁπαλός, ὁμαλός, rariores ῑλος et ε̄λος, quomodo ὄργιλος, κωτίλος, μύελος, ὕελος. Etrusci per āl syllabam plerumque, interdum per īl fingebant. V. Odofr. Mueller. Etrusc. I p. 434. 440 et Gr. F. Grotefend. in Seebod. Archiv. f. Phil. u. Paedag. Juni 1829 p. 117. Similia in Osca lingua fuisse auctor est Festus v. famuli. Cf. Niebuhr. II p. 75 ed. tert.

14) Omnia haec proprie adjectiva esse, etiam *figulus*, *capulus*, ostendunt Cuper. observatt. II, 9. Doederl. Synon. III, 11.

15) v. Voss. Etymol. Ruddim. I p. 164 n. 93. Stallb. Hartung. l. m. p. 145.

nubi*lus* fit a nube, sed nubi*lis* a nubendo. Radix quidem utrique vocabulo eadem.

Pertinent huc ea quoque, quae per EL a verbis, per AL a substantivis derivata sunt, qualia sunt *querella*, *medella*, *tutella*, 16) *genialis* et *fluvialis*, *venalis* et *frugalis* (nam quo alia modo fiat frugalitas? quod tamen non per jocum dico ut Quinctilianus I, 6, 17) et *tribunal*, et *janual*, et *fagutal* etc. In his memorabilis est manca terminatio, quae antiquitatem redolet quaque effectum videtur, ut sequerentur declinationem tertiam i. e. primigeniam: quippe significatio eorum talis est, ut verisimilius multo sit ea nunquam habuisse quam, ut alii volunt, progrediente tempore amisisse pleniorem positionem.

Ab hoc genere vocum, de quarum vi ac potestate hic exponere nihil ad rem facit, discernendae sunt illae, in quibus vis deminutiva inest ac littera liquida ubi I vel E praegreditur geminatur, ut *lapillus*, *tantillus*, *furcilla*, *catellus*: ubi vero U vel O antecedit, geminatio illius fere abest, ut *tantulus*, *furcula*, *catulus*, *malleolus*. Cujus discriminis causa in ipsarum vocalium aut tenuitate aut plenitudine sita est. V. Bopp. l. m.

His constitutis ad ea unde egressus sum redire licet. Nam sicut nemo dubitat quin *familia* et *exsilium* et reliqua hujusce modi a *famulo* et *exsule* et aliis quae similiter cadunt profecta sint, item fieri de iis consentaneum est quae in ilius sive ulius sive ellius desinunt. 17) Haec vero quae

16) Haec ita scribenda esse Majus et Heinrichius ad Cic. p. Scauro §. 25 p. 176 ed. Beier. docent. Cur ita? Causam mihi enudasse videtur Fr. Bopp. in Gramm. compar. (Berol. 1833) I p. 6 et 7.

17) Nihil inter se differre has tres terminationes, et vocalium E, I, U cognatio convincit et exempla qualia sunt *Amulius* et *Amillius* s. *Amilius*, *Pompulius* et *Pompilius*. Sic enim est in lapidibus variatum. Quidni igitur probetur nobis *Populius* et *populianus*? v. Heinrich. ad Cic. pro Tullio c. 16 et Huschk. Anal. litt. p. 121. C. Beieri explicatio, proposita ad eundem Ciceronis

sunt omnia gentium Romanarum nomina atque adeo recte a nonnullis cum Graecorum patronymicis collata, prout aut a praenominibus aut a cognominibus ducta sunt, alia ad deminutivorum genus 18) pertinent, alia ad alterum quo de prius dictum est. In illis e. c. haec numero: *Quinctilius*, quod a *Quintillo* s. *Quintullo*, ut saepius in nummis et saxis est, natum existimo: quocirca Scaliger ad Euseb. Chron. p. 238 geminationem liquidae vero propiorem ait; adversabatur tamen scribendi consuetudo. Similis est ratio nominis *Sextilii*. *Attilius* s. *Atilius* a praenomine quod est *Attus*, sicut *Metilius* a *Metto* et *Marcilius* a *Marco*, quibus media interjecta sunt cognomina *Metellus* et *Marcellus*. Ab his si illa orta sint (quod pro certo non dicam), rectius ponentur in altero genere. Sed fortasse non distant a nomine *Popillii*, facto haud dubie a deminutivo quod a *Pupo* praenomine 19) ductum arbitror; nam primae syllabae mensuram nihil moror. Sic etiam *Duilii* nomen originem traxisse videtur a praenomine quod pari intellectu atque puellarum Secundilla fuerit. *Lucillium* denique sive, ut magis in Romanorum consuetudine erat, *Lucilium* non dubito derivare a *Lucillo*, quod ipsum, quemadmodum ex inscriptionibus apparet, Imperatorum aetate nomen evasit gentile. Sed satis de his. Cum illud tantummodo hujus institutae quaestionis est, paucis explicare quo ex fonte et qua via nomina illa

locum, docta quidem et notabilis est, sed vereor ut sit recta et probabilis.

18) Ad haec igitur quod attinet vere judicarunt P. Nannius Miscell. V, 5 et Weichert. de Hostio poeta §. 2, qui in illis nominibus ὑποκόρισμα quoddam deprehenderent. Quibus et illud largior, similitudinem quae cum deminutivis etiam alteri generi specie intercedat non in casu positam videri, sed fulciri atque augeri significationis quadam vicinia. Quae qualis sit sua sponte intelligitur, factumque ea reor, ut in vetere lingua septentrionali eadem positio nunc vim haberet deminutionis, nunc originem ab aliquo indicaret. V. Rask. Vejledning til det Islandske Sprog (Kjobenhavn 1811) p. 161.

19) v. Hagenb. in Orell. Inscript. I p. 474.

profluxerint, altius inquisituro suadeo animum advertat ad ea, quae commode hanc in rem observavit Niebuhrius I p. 420 ed. tert. Hoc tamen unum adjecerim. Cum in Latinis monumentis eae feminarum appellationes quae in illa vel ula s. ulla exeunt sint frequentissimae, hujusmodi autem nominibus pars magna eorum quae in ilius desinunt ortum suum debeant, cumque Etruscorum nomina gentilia simili exitu fere a matrum nominibus 20) ducta sint: non inepta forsan suspicio sit antiquis temporibus eundem nominandi morem apud Latinos populos obtinuisse ut apud Etruscos.

A cognominibus quae derivanda esse puto, eorum exempla haec sunto: *Aemilius*, nomen gentis quae auctore Festo ab Aemylo quodam appellata ferebatur: nec aliter Varronem L. L. p. 104 Bip. decuit loqui. *Aquilios* sive ut in Fastis est *Aquillios* ab aquilo colore i. e. a cognomine dictos narrat Festus. Idem *Caecilios* tradit ortos putari a Caeculo quodam: 21) quod utcunque se habet, nomen eorum ab eo quod est caeculus profectum patet. Colum. ap. Voss. Etym. Aliae autem gentes, ut *Romiliorum*, *Rutiliorum*, a populis quibusdam nomen accepisse videntur: 22) aliorum nominum origo est paullo obscurior, velut *Gargilii* et *Carvilii*, quanquam horum stirpes pluribus diffusae sunt ramis, teste monte Gargano et Carvento oppido. Huc enim spectat quod Quinctilianus I, 4, 26 ait sic: gentes quoque ac loca et alia multa reperias inter nominum causas. Eas vero hoc loco perquirere nec attinet nec vacat, quare cetera quae huc pertineant missa facio. Illud admonemus tamen, sicut plura eorum quae ad gentilia illa nomina transitum quodammodo muniant jam in litterarum monumentis frustra quaerantur,

20) Indagavit et patefecit hanc rem ut minime sit dubia Odofr. Mueller l. supra notato.

21) v. Niebuhr. I p. 419.

22) v. Niebuhr. I p. 17, 79. 331 n. 765. Cf. Liv. VII, 5 et Fest. p. 161 Dac.

ita reperiri a quibus nihil porro derivatum videatur. Hujus generis sunt *Pulvillus*, *Regulus* s. *Regillus*, 23) *Catulus* s. *Catullus*, *Lentulus*, *Tibulus* 24) et *Tibullus*, *Fabullus*. Quae item ut cetera ejusdem terminationis cum nunquam sint nomina sed aut cognomina aut praenomina, 25) Niebuhrio accedo qui II p. 313 *Terentilli* nomen apud Liv. III, 9 improbat: recta enim ratio aut *Terentium* postulat, ut Sigonius voluit, aut *Terentilium*, quomodo plures habent libri Mss.

His jam profligatis quaestio exsistit, cur Romani in his gentium nominibus, exceptis paucissimis, liquidam litteram non duplicarint. Nam si quis erit qui hoc dicat, scribenda esse per duas L quae a praenominibus descendant, reliqua autem per unam: fatebor equidem ita fieri oportuisse, sed cum alias, tum maxime in orthographia non semper id quod ratione praescribitur usu et consuetudine tenetur. Usus enim scribendi, qui antiquitus sic fuit, nulla ut littera consonans geminaretur, cum postea h. e. inde ab Ennii maximeque Sullae temporibus observaretur minus minusque, non est quod miremur variam dehinc exstitisse scribendi rationem. 26)

23) v. Drakenb. ad Liv. XXIV, 7, 12 et Orell. Inscr. I p. 474.

24) Si vera est scriptura apud Fulgentium p. 563 Merc.

25) In errore versatur Goettlingius, quod gentilia quoque nomina in illus et ellus exire contendit (v. Jahrb. f. wiss. Krit. Mai 1833. No. 88): nam *Ofellus* quod exempli loco affert non magis gentem designat quam *Catullus*, *Lentulus*, alia: id quod *Ofillius*, frequentissimum in lapidibus nomen, comprobat. Neque Graecorum nomina *Χάριλλος* et *Πέριλλος*, quae recte dicit esse e *Χαρίλαος* et *Περίλαος* contracta, cum his ullo modo possunt comparari. Talia non differunt ab iis de quibus Buttmannus agit Gr. ampl. §. 36 n. 5, 3.

26) Cf. Schneider I p. 394 sqq. et 419. Niebuhr. I p. 153. De veterum pronunciatione statuere aliquid vix liceat; jam Quinctiliano I, 7, 13 satis fuit haec breviter commonuisse: *fortasse* sicut scribebant (veteres), etiam ita loquebantur. Tamen crediderim, ut in aliis vocabulis, sic in his de quibus agitur antiquam scribendi consuetudinem servatam esse vel repugnantibus auribus, quibus illam non semper obtemperare ipse Cicero alicubi notavit: videlicet hoc pacto fieri potuit, ut lapidarii aurem magis quam oculum consulentes L litteram interdum bis inciderent.

Sed fuit altera quoque causa, qua ne usus sibi in omnibus his nominibus consentiret prohibitum est. Vere enim hoc mihi videor esse dicturus, tertiam a fine syllabam tum in iis quae in ilius finiuntur tum in aliis ut *famĭlia*, *consĭlium* natura brevem esse. 27) Cujus rei cum argumenta sint complura, 28) ipsa ista testor nomina quorum sat magna pars apud poetas in antepenultima corripitur: quod de his fere constat: *Aemĭlius*, *Pompĭlius*, *Quinctĭlius*, *Sextĭlius*, *Rupĭlius*, *Virgĭlius*. Contra est eadem syllaba producta in hisce: *Acīlius*, *Atīlius*, *Lucīlius*, *Manīlius*, *Rutīlius*, *Servīlius*, 29) quibus addam *Duilium* et *Publilium*, quae nomina in Fastis Capitolinis I grande habent.

27) Multae quidem hujus generis voces I ante L productum habent, ut *aedīlis*, *aprīlis*, *bovīle*, *cubīle*, *curūlis*, *tribūlis*. Verum ea cum omnia substantivis orta sint, per synaeresin facta esse puto, ita: aedilis ex *aedi-īlis*, aprilis ex *apri-īlis*, et sic U et I coaluerunt in postremis duobus. Nam uti *tribulis* a tribu, ita *curulis* rectius a curru trahitur quam a currendo, quomodo voluit Voss. Art. Gramm. II, 17, qua sententia in Etym. destitit. Item *cubile* non a cubando sed a cuba vel cubo natum arbitror. v. Forcell. h. v. Illis autem, quae, etsi a substantivis profecta, ut videtur, penultimam corripiunt ut *humĭlis*, hoc ideo accidisse conjicio, quod antique sola L littera terminabantur: id enim tum superlativi tum obsoleta quaedam et recondita ostendunt, ut *simul*, *facul*, *difficul*, *famul* s. *famel*. *Gracilis* quoque pleniore olim positione caruisse videtur, pro quo Naevius *gracilens*, Ennius *cracens* s. *gracens* dicere maluit. Atque ita quidem omnino temporibus illis lingua jactabatur contrariaque et incondita edebat multa quae postmodo ad maturitatem quandam celeriter provecta exploderet rursus atque ejiceret. Pauca ut *exsul*, *consul*, *praesul*, de quorum origine ac propria potestate haud scio an Niebuhrius I p. 578 vere senserit, antiquam formam perpetuo sibi reservarunt. Nam neque cum eodem Niebuhrio I p. 92 et 77 faciam, qui Osca vocabula in Latino sermone amputata minutaque esse censet, neque cum Hartungio p. 196, qui eas quas modo protuli voces superiore aetate exisse plenius dicit: quippe illae velut amputationes et hebetationes quae litteris declinationi inservientibus inciderunt pro testibus habendae sunt ipsius linguae infantiae, nisi ex aliis Italiae dialectis manarunt quae sine dubio minus et fuerunt et manserunt politae

28) V. Fr. Ritter Elem. Gr. Lat. p. 122. 106 extr. 162.

29) Ita cum in dimetiendis his nominibus inter se dissidere videamus poetas, ut v. c. *Rupĭlius* ab Horatio Sat. I, 7, 1 altera in syllaba corripiatur, at *Rutīlius*, nomen perquam simile, apud Ovi-

Hujus discrepantiae causa cum in vocibus ipsis nulla videatur reperiri posse, ab iisdem poetis petenda est. Neque indaganti indicia desunt. Festus v. Solitaurilia Ennium primum a vetusta consuetudine recedentem consonantes geminasse prodit idque more Graecorum. Ista de vetusta consuetudine supra dictum est. At qualis mos ille fuit? Id grammatico latuisse suspicor, verum intelligit opinor is, qui Ennium inter Romanos primum fuisse recordatus erit, a quo epicum poema non vetusto illo Saturnio sed heroo versu contexeretur. Quo scilicet factum est ut poeta, magno cum brevium syllabarum numero impeditum sese angustisque terminis, ut ita dicam, conclusum animadverteret, consonantes geminaret ubicunque hoc modo syllabas sibi compararet longas. 30) Hic enim geminandi mos (nam prius vocales solum quae producerentur non nunquam duplicatas invenimus 31) non modo ab Homero, quem Ennius sibi omnino imitandum proposuisse videtur, ab aliisque poetis Graecis frequentatus erat, sed proprius fuit dialecti aeolicae: 32) quapropter Latini eum poterant facilius adsciscere.

Sic igitur alteram habes causam, unde cognoris cur Romani in aliis illorum nominum L duplex praetulerint, in

dium P. I, 3, 63 longum sit in eadem: quis est qui miretur etiam *Servilii* secundam syllabam apud illum Sat. II, 8. 21 brevem esse (quemadmodum *Pompĭlii* A. poet. 292 et *Quintĭlii* ibid. 438), quamvis productam ab aliis, ut a Juven. X, 319. Nempe Heindorfio qui illud nomen l. n. trisyllabum habet assentiri non possum, tum propter id quod Schneider I p. 286 ea de licentia proposuit, tum quia apud Ennium quoque secunda Servilii brevis est. Namque hujus poetae locum qui est ap. Gell. XII, 4, eam ipsam ob causam temere turbavit F. Dousa ad fr. Lucil p. 183 Hav. Melius egit P. Merula qui in reliquiis Annalium VI, 2 nomen *Caecilii* et XV, 13 *Aemilii* ita collocaret ut I ante L producendum esset, contra *Duilii* VII, 62 et *Atilii* VII, 74, ut eadem littera esset brevis.

30) Accuratius hanc rem persecutus est Ritter II, 4, qui p. 45 et 133 commoda geminationis exempla affert.

31) Schneider Gr. Lat. I p. 96. Cf. Niebuhr. I p. 103 n. 286.

32) Hartung. de Cas. p. 260 et qui ab eo laudatur Gregor. Cor. Aeol. §. 11. Cf. Buttmann. Gr. ampl. §. 21 n. 2.

aliis geminatione ejus abstinuerint. Sequebantur enim poetas quorum volumina vel pueri triverant. Cum tamen perpauca sunt nomina in quibus ubique fere L littera duplicabatur, ut *Acillius, Aquillius, Popillius,* in pluribus vero aut semper aut saepius deprehenditur L simplex: facile occurrit animo poetas, reverentes fortasse vetustam consuetudinem, I vocalem syllabae penultimae, ubi opus videretur, producere maluisse sine consonae insequentis repetitione. Id quoque fiebat more Graecorum. Utriusque autem rationis ab Latine loquentibus veniam hoc facilius impetraverint, quod multa nominum in īlius desinentium nisi tertia ab fine longa esset ex quatuor fuissent syllabis brevibus, sicut *ăcilius, ăquilius, ătilius, Rŭtilius.* Ceterum me poetis in hac re nimium tribuere nemo judicabit, nisi qui sit inscius quantum eorum exemplum valeat ad constituendum vulgarem modum et loquendi et scribendi. Approbari id potest rebus luculentis, quarum unam in hac extrema disputatione pro testimonio admonuisse sat erit. *Allia*, ista invisissima Romanis vox, constanter in codd. una L littera scripta est, locupletissimo teste Niebuhrio II. n. 1177. Primus alteram propter metrum addidisse Virgilius dicitur. V. Serv. Aen. VII, 717. Iam vero geminatio illa recepta est usu vulgari, ut eam retinerent omnes fere poetae, nec aliter inveniatur in lapideis vel aeneis monumentis. Cf. Orell. Inscr. n. 643. Unus excipiendus est (non ego curo Cortii objurgationem) Lucanus qui VII, 633 primam syllabam rursus corripuit. Nec incredibile est eam in ore vetustorum Romanorum fuisse brevem. Quare Lucanus illud non praeter consuetudinem, ut Osanno placuit ad Appul. p. 29, sed potius secundum eam fecisse existimandus est. Apparet ex hoc, ni fallor, tum quam firmus atque obstinatus futurus fuisset antiquus scribendi usus, nisi poetae eum tentassent immutassentque, tum pronunciationem veterum ab istiusmodi duplicatione non abhorruisse.

II.

Lucilius quo anno natus quoque mortuus sit.

Eusebius in Chronicorum libro posteriore postquam ad Olymp. CLVIII a. 1. n. MDCCCLXIX *Lucilium poetam nasci* dixit, ad Olymp. CLXIX a. 2 n. MDCCCCXIV haecce annotavit plura: *Cajus Lucilius satirarum scriptor Neapoli moritur ac publico funere effertur anno aetatis suae XLVI:* ex quibus cognoscitur natum Lucilium esse a. U. 606 [a. Chr. 148] Coss. Sp. Postumio Albino Magno L. Calpurnio Pisone, ac mortuum a. U. 651 1) [a. Chr. 103] Coss. C. Mario III L. Aurelio Oreste. Ergo non ita diu vixit poeta. id quod vero ab Eusebio traditum esse vel hac una de causa crediderim, quod qui vitia civium suorum deridendo aspere acriterque vituperando sese impugnare et coercere student ii in contentionem videntur descendere adeo disparem, ut praematuram eis mortem si quis auguretur vereri is non debeat, ne falsus aliquando exsistat vates.

Sed hoc animi causa dictum sit. Illa vero, quae, sive Eusebius ipse sive Hieronymus scripsit, ex Suetonii de claris poetis libro deprompta esse puto, repugnare nonnullis visa sunt cum altero quodam Vellei testimonio. Is enim II, 9 Lucilium Numantino bello sub P. Africano equitem militaviss enarrat. Hoc autem bellum susceptum a Scipione est a. U. 620: quo Lucilium vix quindecim annos natum jam militiam sustinuisse veri sane dissimilius est quam ut viris doctis scrupulum non injecerit. Ex iis Jos. Scaliger, fidem Eusebio non derogans, hoc tantum monet, etiam praetextatos ante sumptam togam virilem militasse (nonnunquam) pa-

1) Bernhardy in Grundriss d. Röm. Litt. p. 288 annum 652 edidit, sed falso; nam extremus uterque annus, et 606 et 651 adnumerandus est ad efficiendum numerum sex et XL annorum: ni forte putabat Bernhardy, posteriore illius anni Olympiaci parte Lucilium exstinctum esse, qua de re nihil constat.

trum contubernio: at Baelius in Lexico crit. et hist. istud in Lucilio accidisse negat, quia Vellejus militasse eum dixerit *equitem*, quod non temere objecit. Nam ut concedam — quod quidem hoc in loco nemini venisse in mentem video — Vellejum ut auctorem levem et non semper satis fidum parum accurate locutum esse: illud tamen, ut infra monstrabitur, ex liquido fonte hausisse videtur. Nec vero hoc solum vir ille acutissimus sed alterum quoque mortis tempus in dubio posuit, rationibus motus ita speciosis, ut alii velut Heindorf. ad Hor. Sat. II, 1, 34. O. Maur. Mueller ad Cic. Orat. I, 16, 72. Wuellner de Laevio poeta (Monast. 1830) p. 6 in ejus sententiam inducti sint. Cujus scilicet haec est summa, ut Lucilium et priorem, quam voluerit Chronicorum scriptor, et posteriorem aetate fuisse contendat.

At vero omnibus quae de Lucilii vita memoriae prodita sunt recognitis diligentius quam a Baelio factum est, nulla omnino de Eusebii fide relinquitur dubitatio. Quod ad nascendi tempus attinet (nam de moriundi post videro), nihil opus est statuere, prius quam a. 606 Lucilium natum fuisse, propterea quod usu apud Romanos non raro veniebat, ut adolescentes ante annum aetatis septimum decimum militiam capesserent: id quod ex compluribus veterum scriptorum locis intelligitur. Significat id Vegetius I, 4 his verbis: »si *antiqua consuetudo* 2) conservanda est, *incipientem pubertatem* ad delectum cogendam nullus ignorat; non enim tantum celerius sed etiam perfectius imbibuntur quae discuntur a pueris.“ Cf. id. III, 10. Puberes autem teste Varrone ap. Censorin. c. 14 ii fere habebantur, qui annum quintum decimum compleverant. Cf. Niebuhr. I p. 490 ed. tert. Quare non est quod miremur Virgilium eo ipso anno togam virilem sumpsisse 3) vel Hadrianum quinto et decimo aetatis anno, ut

2) Ad illam consuetudinem spectasse Horatius videtur Carm. III, 2, 2. v. Janius in Argum. et qui a Bothio excitatur Torrentius.

3) v. Scalig. animadv. in Euseb. p. 156 et Car. Ruaeus in Vita

Spartianus c. 2 scribit, militiam iniisse: quippe quod etiam inscriptionibus quibusdam confirmetur, qualis haec est a Stevechio ad Veget. I, 7 prolata: *militavit. an. X. vixit. ann. XXV.* et altera Scriverii ad eundem locum quae sic se habet: *Dis. Man. A. Titio. Rufo. militi. urbaniciano. coh. XI. stip. V. vixit. ann. XX.* cett. Nec ejusmodi exempla deficiunt, in quibus aliquis inde a sexto decimo anno militasse dicitur. Scriver. l. c. et Orell. insc. 3504. Quin etiam impuberes (i. e. qui nondum ad annum XVII pervenerant) olim non milites tantum sed tribunos fuisse notavit Stevech. l. c. At nihil moror posterioris fortasse aetatis morem corruptum: ipse Livius XXV, 5 auctor est delectum ex iis quoque habitum, qui nondum essent aetate militari. Duk. ad Liv. XXVI, 25, 11. Et tota denique res, ut arbitror, eo conficitur, quod litteris mandatum est C. Gracchum, illum plebis tribunum, a. U. 630 legem tulisse, ne quis infra XVII aetatis annum ad militiam cogeretur: unde apparet, quemadmodum et Sigonius de antiquo jure civ. Rom. I, 15 et P. Manutius de legg. c. 12 viderunt, antea ad militiam interdum coactos fuisse qui istum more constitutum annum nondum agerent. Quod autem iidem viri docti adjiciunt hoc extra ordinem non factum esse nisi difficillimis rei publicae temporibus atque exhausta cladibus civitate, ut secundo punico bello: id licet subdubitare, quoniam, si ita res fuisset, nulla idonea reperiretur causa, cur Gracchus talem legem rogasset. Atqui largiamur hoc illis quibuscum Dukerus l. c. consentit: idem fere in hoc de quo disputo tempus cadere certum est. Sic enim de Numantino bello Appianus VI, 84: *ὁ Σκιπίων αὖθις ὑπατεύων ἐς Νομαντίαν ἠπείγετο. στρατίαν δ' ἐκ καταλόγου μὲν οὐκ ἔλαβεν, πολλῶν τε πολέμων ὄντων καὶ πολλῶν ἀνδρῶν ἐν Ἰβηρίᾳ· ἐθελοντάς δέ τινας ἔκ τε πόλεων καὶ βασιλέων ἐς χάριν ἰδίαν*

Virgil. ad a. U. 699. Cf. Plin. N. H. VII, c. 28 et Harduinus ad h. l.

πεμφθέντας αὐτῷ, συγχωρούσης τῆς βουλῆς, ἐπηγάγετο· καὶ πελάτας ἐκ Ῥώμης καὶ φίλους πεντακοσίους, οὓς ἐς ἴλην καταλέξας ἐκάλει φίλων ἴλην. πάντας δὲ ἐς τετρακισχιλίους γενομένους παραδοὺς ἄγειν ἀδελφιδῷ, σὺν ὀλίγοις αὐτὸς προεξώρμησε κ. τ. λ. 4)

In illa amicorum turma equidem suspicor Lucilium quoque fuisse, etiamsi tum temporis non plus quindecim annos natum, praesertim cum ipso duce Scipione uteretur familiarissime. Schol. Cruq. ad Hor. Sat. II, 1, 73. Is vero tam elegans liberalium studiorum omnisque doctrinae et auctor et admirator erat, ut Polybium Panaetiumque 5) praecellentes ingenio viros domi militiaeque secum haberet. 6) Neque tamen hi soli comitabantur eum: alios quoque praeclaros in

4) Paene idem bello punico secundo accidisse Scipioni majori fertur. Is quoque ut delectum haberet non impetravit neque, ut ait Livius, magnopere tetendit, tenuit autem ut voluntarios sibi ducere milites liceret: e quibus trecentos juvenes florentes aetate et virium robore ut circa se haberet elegit eosque totidem Siculis, et genere et fortuna principibus ideoque militiam eam tanquam gravem et duram detrectantibus, equites substituit. Liv. XXVIII, 45 et XXIX, 1. Hanc rem respexisse videtur Festus s. v. coh. praetoria, ubi sic ait: „Scipio Africanus *primus* fortissimum quemque delegit, qui ab eo in bello non discederent et cetero munere militiae vacarent et sesquiplex stipendium acciperent.“ In his quod ita fecisse Scipio *primus* perhibetur, id ad vacationem duntaxat et ad auctum stipendium pertinet. Nam et ante illum, licet non in istas stipendii aut vacationis leges — quantum quidem sciri potest — Postumius dictator a. U. 258 *delectam manum praesidii causa circa se habuisse dicitur*. Liv. II, 20. Quin etiam Romulus, eodem auctore Livio I, 15, trecentos armatos habuit ad custodiam corporis: qua de re v. Niebuhr. I, 259. De simili instituto Macedonum v. Loccen. ad Curt. VI, 7, 17 et Ern. exc. XV ad Suet. Tib. 46.

5) Panaetius ita in satiris Lucilii commemoratur, ut ad eum totum librum vel satiram quandam scriptam fuisse opiner. Versus quos dico a Nonio adservati hi sunt (libri XI. fr. 3 ap. D.):

— Cotta senex Crassi pater huju' *panaci*
Magnus fuit trico nummariu', solvere nulli
Lentus. —

Ita quidem in codd. scriptum repperit Mercerus, sed non dubito cum Dousa reponere: *Panaeti*.

6) Haec sunt verba Velleji I, 13, quem unum ex multis testem hujus rei produco.

litteris homines ejus in exercitu fuisse compertum est. Gellius enim II, 13 sub eo dicit tribunum militum ad Numantiam fuisse C. Sempronium Asellionem, quem Dionysius, I, 11 ἐν τοῖς λογιωτάτοις τῶν Ῥωμαίων συγγραφέων numerat. Cf. Gell. V, 18. At quod etiam P. Rutilius Rufus, is qui consul fuit cum Cn. Manlio a. U. 649 et quem Vellejus II, 13 virum non saeculi sui sed omnis aevi optimum praedicat, adolescentulus Scipioni ad Numantiam fuit acceptissimus, 7) id magno argumento est singularem hunc imperatorem non viros modo virtutis et sapientiae gloria praestantes complexum esse, verum etiam juvenes summa spe et animi et ingenii praeditos in amicitiam suam recepisse. 8)

Itaque nemo mirabitur conjecturam illam 9) factam a me

7) v. Cic. de Re publ. I, 11 et Ellendt prolegg. ad Cic. Brut. p. 53.

8) Iterum ut similia conferamus ad superiorem Scipionem recurrere liceat. Hunc item, ut Aemilianum, doctorum consuetudine delectatum esse cum alii tradidere, tum singulari poematio scite exposuit Claudian. de cons. Stilich. III praef. Ex eo demum didicimus Ennium imperante Scipione in Hispania et Africa meruisse, ubique *lateri* illius *haerentem*.

9) Animadverto nec non miror in eandem opinionem incidisse et Dousam ad libr. XXVI fr. 66 et Mercerum ad Non. p. 17. Hic enim in commentario p. 648: *qui rescribebant, inquit, Iberum, meminerant fuisse in Iberia Lucilium in cohorte Praetoria, sed neque id hoc libro scriptum* cett. Illud *Iberum* voluit J. Lipsius, probante Dousa qui haec adjungit: *nam Lucilius in Hispaniam cum Praetore profectus.* Sed ex nullo fragmentorum, quae quidem Dousa congessit, id potest certo colligi. An liquido dictum existimes in hisce vv. (XI, 4):

Praetor noster adhuc quam spurcu'st ore, quod omnes
Extra castra ut stercu' foras ejecit ad unum?

an in duobus quos supra (not. e) attuli, quibuscum conjungendum ejusdem libri fr. 11:

Nec mihi amatore hoc opu' nec tricone vadato,

quia nimirum Cotta iste idem videatur esse quem Cic. Brut. 36 praetorium nuncupet? Omnia haec et similia adeo sunt interrupta et obscura, ut quomodo accipi debeant difficile sit dictu. Dixeris paullo certius, si ad verba tantummodo spectas, Lucilium in Hispania Quaestori cuidam contubernalem fuisse: ita enim poeta XIV. 3:

Publiu' Pavu' mihi Tuditanus Quaestor ibera
In terra fuit, lucifugus, nebulo, id genu' sane

modo ex variis Vellei, Appiani, Scholiastae Cruquiani testimoniis valde mihi arridere atque negare me, ullum de militari Lucilii pueritia ambigendi locum esse. Quid enim? Quod alios ignobiles fecisse exploratum est, ut quamvis peradolescentes, tamen ut primum habiles fuere ad ferenda arma, aut equo mererent aut pedibus, idne juveni haud obscuris natalibus et magna ingenii suavitate non licuisse? Atque familiaritas illa, qua Scipio et Lucilius conjuncti erant, tanta fuit, ut eam jam ante bellum Numantinum orsam esse hoc facilius nobis persuadeamus, quod Scipio quattuor annis post occisus est.

Attamen haec ipsa res praeter Baelium movit etiam Fr. Wuellnerum l. c. p. 6, ut judicaret poetam prius natum esse quam anno 606. Allatis enim verbis Scholiastae Cruq. ad l. c, quibus et Scipio et Laelius tam familiares tamque Lucilio amici fuisse narrantur, »ut quodam tempore Laelio circum lectos triclinii fugienti hic superveniens eum obtorta mappa quasi feriturus sequeretur:« Wuellner, *quis*, inquit, *putet Scipionem et Laelium, quanquam candido ingenio viros et hilari, cum juvene paene puero ita ludere solitos esse?* — Ego me confiteor putare facileque illud ut credam adduci, cum quod res per se est credibilis, tum quia Crassus apud Cic. Orat. II, 6 ex socero suo Q. Scaevola se audisse ait Laelium et Scipionem, cum rus ex urbe tanquam e vinculis evolavissent, *incredibiliter consuesse repuerascere* conchasque et umbilicos ad Cajetam et ad Laurentum legere et *ad omnem animi remissionem ludumque descendere.* Cf. Hor. Sat. II, 1, 73. Bene igitur id quidem vir doctus mittit, at subjungit statim; *nonne ipse Horatii locus* (Sat. II, 1, 62 et 9 seq.) *satis indicat Lucilium, quo tempore Scipione et Laelio*

quibuscum cf. XII, 1 et XXX, 66. Sed ne hoc quidem pro certo affirmem: quanquam utrumque simul defendi potest. Sequor tamen Dousae et Merceri sententiam, quia, sicut illos Scipionis majoris equites trecentos, ita etiam hanc amicorum turmam dictam esse cohortem praetoriam arbitror.

tam familiariter uteretur, magnam gloriam jam adeptum esse multisque fuisse metuendum? Ac sales quidem et satis acerbitatis in deridendis hominibus adolescenti viginti annis minori fuisse facile concesseris: at vero tantam ei sapientiam fuisse, ut in insectando modum teneret Scipionique et Laelio posset adeo probari, hoc nemo facile concedet. His possumus sic ocurrere. Primum haud nihil ambigam, num Horatius temporum ordinem diligenter tenuerit et non retulerit ad tempus superius quae a Lucilio maxima ex parte scripta sunt Laelio quidem superstite sed mortuo Scipione. Quo concesso etsi negari non potest Lucilium satiras incepisse scribere ante annum aetatis vigesimum: at in eo tamen ipso nihil est quod offendat aut verisimile non sit. Quis enim est qui non facile credat, jam a primo juventae flore illum magna fuisse alacritate ad illudendum »quisquis erat dignus describi.« Certe sapientia qua Horatius eum v. 70 exornat ejusmodi est, ut eam nemo dubitet attribuere ineunti aetati, cujus fere ipsius est fervido animo in malos invehi et »detrahere pellem, nitidus qua quisque per ora cedat, introrsum turpis.« Sed alius prorsus generis est sapientia, quam Wuellner significat quamque non impertiam Lucilio. Quaerendum est enim, modumne insectandi semper retinuerit: illi quidem viri, Scipionem dico et Laelium, in quibus vera et aemabilis fuit virtus et qui eum magno opere dilexisse videntur, procliviter ignoverint juveni et ubertate ingenii et gratis lepidisque moribus commendato; at tanto minus ceteri. qua de re pluribus disseram alio loco.

Postremo non hic praeteream quod fugit et Baelium et Wuellnerum. Licuit enim iis, quo sententiam suam magis probarent, excitare Macrobium, qui II, 2 C. Titium, suasorem legis Fanniae a. U. 593 latae, *virum aetatis Lucilianae* nominat. Verum hoc per se solum ad denegandam Eusebio fidem parum valere patet, praesertim cum idem Titius — non enim ab illo differre videtur — ita commemoretur a

Cicerone Brut. c. 45, ut existimandus sit maxime floruisse saeculo insequenti.

Jam vero tollenda est altera Baelii dubitatio, quam praecipue Horatii interpretes, ut Dacerius, Sanado, Heindorfius, assensu suo exceperunt. Animadvertit enim ille, et primus quidem quod sciam, ad id quod scripto Eusebius mandasset Gellii quosdam locos atque Macrobii non congruere: quorum in loco priore (Gell. II, 24) cum Lucilius legis Liciniae sumptuariae meminisse diceretur, ea autem lata esset circa annum 656, poetam patere diutius vixisse quam Eusebius tradidisset: quam etiam ob rem cur idem ab Horatio Sat. II, 1, 34 *senex* sit appellatus, quaeri non amplius debere.

At primo oportuit Baelium curiosius inquirere, quo anno lex illa Licinia rogaretur. De quo cum doctos homines etiam nunc in errore versari videam, rem paullo longius repeti necesse est. Macrobius II, 13 de legg. sumptuariis ita fere exponit: *prima omnium de coenis legum Orchia fuit, quam tulit C. Orchius trib. pl. de senatus sententia, tertio anno quam Cato censor fuerat.* Is censor fuit a. U. 570, ergo adnumeratis annis extremis lex lata a. 572, non 573, ut Bach. hist. jur. II, 2. §. 38 voluit. Porro sic ille: *post annum XXII. Fannia lex lata est anno post Romam conditam secundum Gellii opinionem quingentesimo nonagesimo secundo.* h. e. anno 593 Varron., Coss. M. Valerio Messala C. Fannio Strabone. Fuit igitur lex consularis. 10)

10) Idem statuerunt praeter Ant. Augustin. de legg. et Pighium in Annal. tum Bachius hist. jur. II, 2. §. 43 tum Abr. Boxmannus de legg. sumpt. (Lugd. Bat. 1816) p. 39: nisi quod hic, secum ipse pugnans, p. 37 ex Macrobio profert annum 588, quam scripturam ego in edd. Camerarii et Hier. Vulpii inveni. Sed rectiorem alteram esse, quam sequitur Boxm. posteriore loco, testis est Plinius N. H. X, 50, ubi haec sunt: *lege C. Fannii Cos. XI annis ante tertium punicum bellum.* Quod cum indictum esse constet a. 604, optime hic numerus (593) convenit, qui quam facile potuerit in illum abire, in oculos incurrit. Ceterum eundem numerum deferunt tum Gellius tum Sammonicus Serenus l. m.

Fanniam post annos decem et octo lex Didia consecuta est. Consentiens cum Ant. Augustino de legg. et cum Bachio l. d. §. 47 Abr. Boxmannus hanc latam esse autumat a. 611 *a quodam forte tribuno plebis.* Et consularis quidem non est, sed nihil impedit, quominus praetoriam habeamus, idque de causa infra explicanda. *Deinde Licinia lex*, inquit Macrobius, *lata est a. P. Licinio Crasso Divite,* cujus, uti Gellius l. m. addit, *Lucilius quoque* (praeter Laevium poetam) *meminit in his verbis: Legem vitemus Licini.* Hic igitur quoniam a neutro adjicitur quem ea in annum inciderit, atque Licinius ille idem haud dubie est qui a. U. 657 consul fuit, Baelius hanc legem item ut Fanniam esse consularem sibi persuasit, inductus in eam opinionem fortasse a Manutio, qui de legg. c. 18 sumptuarias leges praeter Orchiam omnes nuncupavit consulares. Qua in eadem sententia est Heineccius hist. jur. I. §. 100, adeo ut non sit mirandum, Pighium qui legem illam in annum 644 retulerit a Bachio l. d. §. 67 not. erroris argui, propterea quod id fecerit *sine ullo argumento*: quam ob causam ipse alios qui a. 657 posuerint sequi malit. Quasi vero isti egissent ex meliore jure. Huic tamen accessere Boxmann. p. 44. Creuzer Antiqq. Rom. §. 283. Weichert. de Laevio poeta §. 7.

Verum enim vero cum neque Orchia neque Didia leges sint consulares et Sammonicus Serenus ap. Macrobium alias plerasque excepta Fannia a tribunis aut a praetoribus rogatas pronunciet, quid si nos in contrariam partem argumentamur hoc modo: quandoquidem Eusebio auctore vita Lucilius decesserit anno aetatis suae XLVI i. e. a. U. 651, idem vero teste Gellio in satiris suis mentionem de lege Licinia fecerit, consequi inde, eam non anno 657 latam esse, sed tredecim ante annos a Crasso *tribuno plebis* i. e. octo ante Lucilii obitum.

Haec ratio altero quodam argumento firmari potest. M. Antonius, orator ille qui cum L. Valerio Flacco a. 657 cen-

sor fuit, M. Duronium sumptuariae legis tollendae in tribunatu auctorem senatu movit, quapropter media ab eodem censura reus de ambitu factus est. Ellendt. prolegg. ad Cic. Brut. p. 64. At quam Duronius abrogavisset legem fuisse Liciniam recte existimavit Boxmann. p. 48: utpote qua in ferenda, *exolescente metu antiquioris*, quaesitam Macrobius ait novae legis auctoritatem quaeque idem fere quod Fannia sanxit. Itaque cum Duronius istam potestatem gereret a. 655, lex illa sit ante hunc annum lata necesse est. Valer. Max. II, 9, 5. p. 135 ed. Kapp.

Non denique negligendum est tertium testimonium, a Plinio N. H. 36, 61 redditum his verbis: *frequentata pavimenta ante Cimbricum magna gratia animorum indicio est ille Lucilianus versus* cett. ex quibus vitam Lucilii non multum ultra belli Cimbrici tempora processisse perspicuum est. 11)

Sic tandem stare arbitror auctoritatem Eusebii, sed reliquum est, ut videamus quid sibi Flaccus isto *senis* nomine voluerit. Verba ejus sunt haecce (Sat. II, 1, 30—34):

Ille (Lucil.) velut fidis arcana sodalibus olim
Credebat libris, neque si male gesserat (sic) unquam
Decurrens alio, neque si bene: quo fit ut omnis
Votiva pateat veluti descripta tabella
Vita *senis*.

Qua de appellatione interpretes meo quidem judicio in summa opinionum perversitate versantur. Discedunt autem om-

11) Rursus hoc loco adversarium habemus Wuellnerum, qui, quoniam a Sammonico leges sumptuarias aut praetores aut tribuni aut consules tulisse perhibeantur, in prioribus tamen nulla sit a praetore aliquo rogata, l. d. p. 7 judicat Liciniam Crasso praetori tribuendam adscribendamque anno 650. Verum supra jam monui, nihil obstare quin Didiam legem praetoriam numeremus: deinde suspicio haud procul abest, Sammonicum illa de legibus scribentem forsitan de aliis cogitasse et prioribus Orchia et Cornelia posterioribus. V. Boxm. p. 34 et 51. Omnino autem satius duco ac tutius, certis et dilucidis credere Eusebii verbis ac, si tamen acciderit, cum Pighio errare, quam conjectandi studio indulgere et captare nubes.

nes fere duas in partes. Alterius sententiae auctor est Cruquius, qui se conjectare ait Lucilium ab Horatio senem denominari ad illam Servii Tullii annorum rationem, qua Gellius X, 28 ex Tuberone scripserit Romanos ab eo ad annum quadragesimum sextum *juniores* supraque eum *seniores* appellatos fuisse. Quam in sententiam abduci se passi sunt et Torrentius, etsi is alio nescio jam quo loco aliter sensit, et Fr. Dousa (in vit. Lucil. fragm. praemissa p. 185 ed. Haverc.). Est tamen — ut mittam quod illos praeteriit, non *seniorem* sed *senem* hic dici Lucilium, cf. Nieb. I p. 492 — ista explicatio ejusmodi, vix ut confutare eam operae pretium videatur: neque intelligo equidem, qui Serviana civium descriptio hoc in poetico scribendi genere habere locum possit, nisi tu forte Horatium nos edocere voluisse existimas Antiquitates Romanas. — Altera interpretatio Baelii est, probata iis quos supra dixi. Hi nomen *senis* ad Lucilii aetatem provectiorem referentes gravis Eusebium erroris insimulant, quia Heindorfius propriam vocis vim longe aptiorem atque elegantiorem esse autumat, quia prudentia quae in senibus vigeat satirisque a Lucilio palam facta sit commode hoc vocabulo designetur. 12)

At quoniam supra a me demonstratum est, idque ut puto ad persuadendum apposite, quo jure fides Eusebio derogaretur, hanc quoque sententiam falsam duco nec non alienam, quia isti elegantiae ita demum hic locus erat, si Lucilius nisi senex satiras non conscripsisset. 13)

12) Tali quidem prudentia, multo rerum usu atque labore inventa, sese praeditum ostendere voluit Hannibal (ap. Liv XXX, 30), senem se nuncupans, quanquam id temporis XLIV tantum annos natum. Sed paullo difficilius ad excusandum videtur esse illud Taciti imperatoris (ap. Vopisc. c. 8), cujus oratiuncula ad milites habita in hunc modum incipit: *Et Trajanus ad imperium senex venit.* Hic enim, ut Dio testificatur, Hannibale apud Livium orante major natu non fuit.

13) In tertiam opinionem ab utraque illarum diversam incidit Casaubonus ad Pers. Sat. I, 124. Nam is senem ab Horatio censet Lucilium non propter aetatem vocari, sed propter gravitatem argumenti in quo se exercuerit. Eique adstipulatus est Wuellner p. 5.

His igitur repudiatis, expromendum mihi quid ipse sentiam. Ac multo quidem latius manare, quam vulgo creditur, illius de quo disputo vocabuli usum ac posestatem, tametsi locis non paucis probari potest, a multis ignorari videtur. Nam non is solus qui extremam vitae aetatem attigerat senex a Romanis vel senior dicebatur, sed etiam qui vixerat tempore superiore et aut modo aut pridem vitam hanc reliquerat, ita ut vox nihil interdum valeret aliud nisi quod proprie *antiquus* significat aut *priscus*. V. Cic. Brut. c. 7 et 10 de Orat. III, 59. Atque hoc ita esse non quidem fugit C. Zellium (ad Hor. epist. II, 1, 56); sed res subtilius excutienda est. Adjuncta est enim illi verbo in multis locis quaedam honoris significatio, ut in hoc Tulliano Legg. II, 4, 9: *quae vis non modo s e n i o r est quam aetas populorum et civitatum, sed aequalis illius coelum atque terras tuentis et regentis Dei.* Nec aliter intelligendus est Cicero in Bruto c. 43: *exstat in eam legem s e n i o r, ut ita dicam, quam illa aetas ferebat, oratio.* Namque *aetas* non spectat ad adolescentiam Crassi, sed ad illud tempus quo dicendi Latine prima maturitas exstiterat, et *senior* oratio dicitur, quod ita erat composita atque ornata, ut potius tum videretur scripta esse, cum eloquentia maxime vigebat. Ellendt. ad Cic. Brut. p. 195.

Itaque recte vidit C. Barthius, ad Stat. Silv. I, 2, 253 haec annotans: *summae auctoritatis scriptores aut alioquin clari homines a poetis senum nomine honorantur.* Cf. Jer. Markland. ad Stat. Silv. I, 100 et Drakenb. ad Sil. Ital. I, 654. Honorem vero qui isto modo declaretur unde putes venisse? A senectute, ad quam omnes illi homines clari ne pervenerunt quidem, profectus esse non potest, quemadmodum voluit Doederl. Synonym. t. IV p. 90: imo hac ex

Sed falsum reor utrumque. Etenim hoc si verum esset, non perspiceretur, nisi idem in omnem poesin valeret, cur Pacuvius et Attius aliique nominati essent senes. Hor. Sat. I, 10, 67. Epist. II, 1, 56.

causa, nisi animus me fallit, quod antiqua tempora quibus illi florebant venerabiliora atque augustiora ducebantur. Ita enimvero fieri solet, ut a posteris priorum aetatum et res et homines cum observantia quadam colantur. 14) Vetustati autem adnumerare Lucilium tanto Horatio magis licuit, quanto ille et moribus et dicendi genere ab aetate ipsius erat remotior, quantoque magis universa res publica ac litterarum conditio post decessum Lucilii erat commutata. Etenim non vidit ille — ut de hac insequenti tempestate Tullii utar eloquentia — flagrantem bello Italiam, non ardentem invidia Senatum, non sceleris nefarii principes civitatis reos, non acerbissimam C. Marii fugam, non illam post reditum ejus caedem omnium crudelissimam, non denique in omni genere deformatam eam civitatem, in qua ipse florentissima multis gloria praestiterat.

Haec igitur sententia sub *senis* nomine in loco de quo quaeritur perinde subjicienda est ut apud eundem scriptorem Sat. I, 10, 67, ubi *poetae seniores* sunt priores, ut dicit Schol. Cruq., sed adjuncta hac quam exposui potestate. Ad eandem rationem Pacuvius et Attius senes vocantur Epist. II, 1, 56. Cf. Frotsch. ad Quinctil. X, 1, 97. Neque secus est accipiendum quod Ennius de se ipse praedicat epitaphio illo a Cicerone Tusc. I, 15 servato: *Adspicite, o cives, senis Enni imagini' formam.* Quippe posteritatem his verbis satis magnifice compellat, ut sit nihil rationis habendum, utrum poeta senex decesserit necne.

III.

Lucilius ubi natus sit.

Patriam Lucilii fuisse Suessam conjectura est admodum probabilis Jos. Scaligeri ad illud Ausonii (ep. XV, 9):

14) Eadem Ciceroni fuisse mens videtur dicenti Lael. 1, 4:

Rudes Camoenas qui Suessae praevenis
Aevoque cedis, non stilo.

apud quem poetam Lucilii saepius fit mentio. V. epist. V, 36 et imprimis praef. edyll. III, qui locus maxime huc facit, ut ex quo vere auguratum esse Scaligerum cognoscitur: nam etsi is uti nunc est emendationem ab eodem critico doctissimo accepit, tamen haec ipsa adeo certa est, ut dubitari de ea nullo modo possit. Cf. praeter ipsum Ausonii carmen, cui ad rude exemplum Lucilii — ut videtur — admixta sunt Graeca, interpp. ad Petron. c. 4 p. 26 ed. Burm., Festus ad *Schedia* et Ursin. ad Serv. Virg. eclog. II, 4.

Cum vero duae essent illius nominis urbes, altera quae vocabatur Aurunca, altera cognomine Pometia: quaeritur utra Suessarum ab Ausonio dicta sit. Atque Cluverium de Ital. ant. IV, 5 p. 1181 si sequimur, nullus dubitationi locus erit: etenim Pometiam a Tarquinio Superbo ita dicit eversam esse, ut altera urbs in Auruncis sita plerumque auctoribus simpliciter nominata sit Suessa. Quod tamen aliter se habere non modo Livius ostendit et Dionysius, verum, si modo Cluverii emendationem approbemus ab editoribus paene omnibus jam receptam, etiam Strabo lib. V c. 3 (p. 384 ed. Tauchn.) Cf. Mannert. Ital. I p. 644. Namque apparet ex illis, Pometiam vel post Tarquinii tempora exstitisse. Itaque ad illud de quo quaeritur decernendum nobis opus esse videtur firmiore testimonio: idque suppeditat Juvenalis I, 19:

Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo,
Per quem magnus equos *Auruncae* flexit *alumnus*,
Si vacat et placidi rationem admittitis, edam.

Quae verba licet in scholiis ab Henninio editis vel ad Tur-

genus hoc sermonum positum in hominum veterum auctoritate, et Servio ad Virg. Aen. VIII, 32 animadvertenti hoc: *Senior* (Deus Tiberinus) *aut propter spumas dictum est aut ad reverentiam pertinet; sic Lucanus* (I, 188) *de urbe Roma adhuc florente: turrigero canos effundens vertice crines.* Cf. Propert. III, 1, 23. 24.

num referantur vel ad Lenium vel ad Silium, qui omnes Auruncae nati dicuntur (v. Casaub. de Sat. II, 3) quorumque Turnus iste magnum in satiricis nomen habuisse fertur (Wernsd. poet. Lat. min. t. III p. LIX): multo tamen verisimilius est, in quo et omnes nostrae memoriae docti consentiunt, denotatum esse a Juvenale Lucilium, cum propter hujus majorem existimationem, tum 'quod idem v. 165 ita commemoratur, ut dubium non sit, quin eum sibi Juvenalis potissimum ad imitandum proposuerit. Confirmatur vero haec opinio vetustis illis scholiis, quae a C. Barthio in codd. reperta ac nuper a Cramero in publicum emissa sunt quaeque ad l. d. haud ambigue sic loquuntur: *Magnus, quoad ingenium. Dicit de Lucilio, qui fuit ex Affrunca* (sic) *civitate.*

His expositis forsitan occurrat mihi aliquis exprobrans, nodum me quaesiisse in scirpo, quippe cum a summo viro Niebuhrio (I p. 571) non solum negatum sit diversas fuisse urbes Pometiam atque Auruncam, verum etiam in dubium vocatum (II. n. 186), num Pometia tempore locove ullo fuerit. Attamen ei breviter fidenterque respondeo, nec hoc nec illud mihi posse ulla ratione alia probari nisi hac, ut certis argumentis demonstretur Plinium in iis quae lib. III, c. 9 narraverit magnum per errorem lapsum esse. Quod donec factum erit, a communi doctorum sententia non discedam: quanquam lubenter concedo reliqua quae vel a Livio et Dionysio vel a Strabone de utraque urbe passim tradantur facile ita inter se conciliari posse atque conjungi, omnia ut in unam eandemque conveniant, prius Pometiam illam vocatam, deinde Auruncam, nec tamen in orientem solem ab sinistra Liris ripa sed ab dextera spectantem in occidentem. Ceteroqui non est primus Niebuhrius qui illud sibi statuerit; jam G. J. Vossius, qui de poet. Lat. p. 12 haec habet: *patria Lucilio Suessa Pometia, Auruncorum oppidum*, in unam urbem cadere putavit utrumque cognomen, ab eo-

que non dissentiunt Xylander ad Strab. V, 3. Sigon. et Gruter. ad Liv. VIII, 15, 4. Funccius de adol. ling. Lat. §. 12. p. 89.

Sed ut oratio ad propositum redeat, Suessa Auruncorum, quae a Livio XXIX, 15 inter colonias Latinas refertur et a Cicerone Philipp. XIII, 8 municipium appellatur, colonia est deducta, teste Livio IX, 28, anno ab U. c. 441 Coss. L. Papirio Cursore V. C. Junio Bubulco II. Cf. Sigon. de antiq. jure Ital. II, 5 et ad Liv. XXVII, 9. Discrepat quidem cum Livio Vellejus, qui triennio post Luceriam (a. U. 442.) Auruncae narrat coloniam collocatam esse i. e. a. 440. At ei non dubito fidei tribuere minus, cum praesertim Livio etiam anonymus quidam Olympiadum auctor accedat. Cluver. Ital. ant. III, 8 p. 1040 et Drak. ad Liv. l. c.

Creditur denique haec urbs sita fuisse inter Minturnas et Teanum, eodem in loco quem hodie tenet *Sessa.* Imminebat igitur illi orae, cujus felix ac beata amoenitas valde Romanis arrisisse videtur. Zell. Ferienschr. I. p. 142. Nam adeo iste tractus omnibus rebus ornatus erat, ut palam esset — quomodo Plinius breviter et nervose dicit N. H. III, 6 — uno in loco gaudentis opus esse naturae. Hic ut non in vitam modo veniret, sed pueritiam, ut mea fert opinio, usque ad quartum decimum annum transigeret, Lucilio acri et assiduo malorum oppugnatori contigit. — Quam rem leviter tetigisse sat erit, neque vero superfluum deprehendetur ei, qui scit quam penitus in omni sensu implicata insideant quae his in terris primo oculos nostros advertunt atque animum volutant, quantamque eadem vim habeant tum ad hunc vel incitandum vel etiam molliendum tum ad dirigendum constituendumque totius vitae cursum.

IV.

A Lucilio neque majoris Scipionis neque minoris vitam privatam scriptam esse, contra scholiastas Horatii contenditur.

De verbis Trebatii, quibus eum Horatius Sat. II, 1. vv. 16. 17. hoc modo sese increpantem fingit:

Attamen et justum poteras et scribere fortem,
Scipiadam ut sapiens Lucilius —

adnotata sunt in scholiis Cruq. itemque in iis quae esse Porphyrionis feruntur haecce: »si non potes gesta Caesaris scribere, at potes justitiam et fortitudinem, ut Lucilius Scipioni fecit, qui vitam illius privatam descripsit, Ennius vero bella.«

De utro Scipionum Africanorum his in verbis cogitaverit Scholiasta (nam ea ab uno quodam interprete profecta esse patet), tum ex eo intelligitur, quod ejusdem res gestas ab Ennio descriptas autumat, 1) tum ex iis quae de v. *Scipiadas* proferunt et Acron et scholiasta Cruq. Uterque enim significari illum putat, qui Hannibalem ex Italia revocatum vicerit. Sed tamen jam Dousae ad Lucil. p. 184 Hav. et Dacerius ad Hor. l. m. negarunt Lucilium exposuisse de vita superioris Scipionis, propterea quod hic post illum vixisset plus quinque et triginta annis. Quae quidem ratio parum justa videtur eoque irrisa est a Baelio in lex. et a Sanadone ad Hor. l. m. Hi contra monuerunt, id quod cogitatu in proclivi est, nihil ea in re causae inesse cur scholiastae erroris incusarentur: imo sibi multo veri similius videri, Lucilium prioris vitam prosecutum esse, scilicet altero petente et res enarrandas haud dubie largiter suppeditante. 2)

1) Hanc rem ipse Horatius declarat Carm. IV, 8, 15—20, libroque singulari id ab Ennio factum esse testificantur Gellius IV, 7 et Macrob. VI, 2. 4.

2) In eadem sententia olim fuit Henr. Glareanus, qui annotatt.

Haec quantumvis dicta sint speciosa, tamen ego Dousas et Dacerium non ita temere judicavisse arbitror. Etenim posse vitam alicujus ab eo describi qui sit inferioris aetatis, neuter eorum ut puto infitias iverit; sed dubitasse videntur, num rerum privatarum, quas Lucilius ista in vita explicuisse traditur, idonea monumenta vel testimonia reservarentur, e quibus vita jam dudum defuncti hominis posset adumbrari. Bella quidem quae et quo modo Scipio gereret quamque aliam rei publicae operam praeberet, annalibus atque aliis scriptis mandabatur, idque etiamsi Ennius non cecinisset, posteris innotuisset. At quae quis privatim fecit aut dixit, ea puto ne familiarum quidem commentariis nec laudationibus funebribus consignata esse. Cic. Brut. 16. Verum fac, ut Baelius 3) ac Sanado volunt, Scipionem Aemilianum rogavisse a Lucilio, ut vitam avi sui perscriberet, qua id de causa illum fecisse statuamus? Ut recoleret memoriam ejus, cujus nomen unusquisque id aetatis in ore atque in animo habebat neque ulla oblivio posteritatis exstinguere potuit? An eum sperasse credideris, fore ut scriptor satirarum, quamvis celeberrimus, honore atque gloria augeret victorem Hannibalis? Equidem hominem Romanum, qualis imprimis hic Scipio fuit, nihil curasse reor res privatas, etiam memoria, ut nostra opinio fert, dignissimas.

Sed si quis dicat scholiastas de vita privata commemorantes minus fortasse accurate prodidisse atque sententiam eorum hanc fuisse, Lucilium non tam de vita Scipionis quam de virtutibus exposuisse ejusque mentionem in satiris intulisse cum magnis meritisque laudibus consociatam: mihi ne

ad Hor. Sat. II, 1, 66 Ennium dicit superioris Africani bella scripsisse, Lucilium vitam privatam in gratiam inferioris Scipionis: idque se admonere ideo, quod fere commentatores haec confundant.

3) Hic quidem postquam Dousae rationem ut leviorem ac plane nullam illusit approbavitque alteram sententiam, rursus de hac suo more decessit et ad priorem reversus provide subjecit, non semper ea quae essent veri similia vera ipsa esse.

hoc quidem judicium probari poterit, quandoquidem aptiore et illustriore in loco positae illae virtutes atque explicatae erant ab Ennio, adeo ut hac ipsa re in eam sententiam perducamur, vitam non prioris Scipionis a Lucilio sed posterioris atque ipsi aequalis enarratam fuisse. Atque sic sese rem habere etiam reliquiae satirarum quodammodo demonstrant: in quibus illius nomen nusquam comparet, at Pauli filius memoratur non semel. V. fragm. inc. ap. Dous. VI. VII. libr. XI, V. 4).

Huc vero ut sumus delati, repente nobis oboritur dubitatio, utrum Lucilius singulari libro hujus Scipionis vitam complexus sit an ejus dicta vel facta passim attigerit per satiras plures. Ex iis quae superaverunt hoc est quam illud probabilius. Nec veterum quisquam *Lucilium in Scipione* excitavit, quomodo Ennii liber a Gellio et a Macrobio denominatus est, et quae Acron notavit ad Hor. Sat. II, 1, 16, ea etiam augent dubitationem nostram. Namque sic ait: »si res bellicas ejus non poteras describere, attamen justitiam et fortitudinem animi ejus laudare poteras, *sicut Scipionis a Lucilio vita laudata est.*« Hinc neutiquam efficitur eam seorsum ab satiris tractatam esse. Quemadmodum vero idem scholiastes ad v. 30 sat. ejusd. Lucilium dicit suam vitam scripsisse et non sibi pepercisse, idque apertius et rectius ut opinor a Porphyrione ita indicatur: »ita fit ut Lucilii vita tam clara sit per libros quasi in tabula ostenderetur:« 5) sic illud quod de vita Scipionis tulerunt interpretan-

4) Non magis hac de re ex fragmentis certi aliquid cognoscitur quam superiore loco ubi de militia Lucilii Hispaniensi disserui. Sint licet reliqua e libro XXIX complura, ex quibus in eo suspiceris de bello Punico secundo disputatum esse, pro certo neque id affirmari potest et multo minus illud, Lucilium in hoc libro de vita Africani majoris exposuisse.

5) Non aliter Schol. Cruq.: Ita solent naufragi, suum naufragium in tabella depictum circumferre et in templis alicui deo consecratum suspendere. ad hunc modum Lucilii senis vita tam clara est in suis libris, quasi esset depicta in aliqua tabula. Cf. id. ad v. 30.

dum existimo. Cui opinioni non repugnant verba ipsius Horatii. Nam Trebatius frustra ubi poetae suasit ut res gestas Augusti carmine celebraret, hoc tantum ei ut probrum objicit, quod de illo nullam omnino hucusque mentionem fecerit (probe enim tenendum quod Bentleius monstravit, carmina et epistolas ab Horatio post duos sermonum libros composita esse): quocirca eum ipsis illis verbis a quibus exorsi sumus adhortatur, ut imitetur Lucilium qui non neglexerit magnum et fortem Scipionis animum versibus ornare utque exemplar quoddam ubicunque res tulerit ad imitandum proponere. Hoc uno modo emergit cur Lucilium ille jureconsultus sapientem vocet: quippe Sanado et Heindorfius quod putant eum idcirco ita appellari, quia non sit ausus eandem rem tentare quam Ennius perfecerit, sed tanquam ejusdem personae alteram et inferiorem partem gessisse contentus fuerit, mihi tota re errasse videntur. Id si poeta sensisset, planius dicendo exprimere debebat: uti vero nunc sunt verba ejus, illorum explicatio nimis longe petita est.

V.

Tria satirarum Lucilii fragmenta purgata ac restituta.

1. Apud Varronem libr. VI (vulgo V) de L. L. c. 7 quoddam Lucilii fragmentum sic exstat;

»Spondere est dicere. Spondeo a sponte; nam id valet et a voluntate. Itaque Lucilius scribit de Cretea

cum ad se cubitum venerit,

[sua voluntate] *Sponte ipsam suapte adductam, ut tunicam et cetera reiceret.*

Eandem voluntatem Terentius significat, cum ait satius esse

Sua sponte recte facere quam alieno metu.«

Descripsimus hunc locum, quemadmodum Spengelius eum p. 245 egregiae suae editionis exhibuit: cujus consideratum judicium alias cum eruditis tum nobis probatum hic desideravimus. Quod enim jam pridem Stephanus in fragm. poett. Lat. p. 209 dubitaverat, »ad verbumne hic Lucilii locus esset ex illo sumptus an aliquantum immutatus, ut videlicet penderent haec *cum ad se cubitum venerit* e verbo *scribit:*« id facile decerni potuit non solum ex *se* pronomine, relato ut manifestum est ad Lucilium, sed etiam ex accusativis *ipsam adductam*, quorum loco si priora quoque poetae essent nominativi requirerentur. Hanc ob rem verba *cum ad se cub. ven.* Lucilianis arbitror a Varrone eo consilio praemissa esse, ut sententiam eorum redderet planiorem pluresque transcribere versus supersederet. Quod consilium tenuit etiam in iis quae consequuntur; nam cum apud Terentium allegato versui (Adelph. I, 1, 50) antecedat hic:

Hoc patrium est *potius* consuefacere filium,

ipse addit breviter, ut fere solet, *satius esse.* Etsi igitur verissime judicavit Scaliger, quem Fr. Dousa sequebatur, haec *cum ad se cub. ven.* danda Varroni esse, tamen ea Lucilio tributa videmus a Spengelio. Cujus culpae a me veniam impetrabit difficilius, quam quod illud *sua voluntate* lineis circumductis adulterinum designavit. Ita nimirum etiam Scaligero placebat. Sed est animadvertendum, non abesse haec duo verba ullo ab codice ms.: id quod haud parvi est momenti, siquidem tres illi praestantissimi codd. quibus Spengelius usus est non ex uno eodemque fonte fluxerunt, verum alii ex aliis. V. Speng. praef. p. VIII. Deinde recte mihi hoc videor negare, dicturum fuisse Varronem mox *eandem voluntatem*, nisi ante esset de *sua voluntate* locutus: est enim in promptu *eandem* spectare ad v. *sua.* 1) Num vero opus

1) Eximendus igitur erit hic locus de eorum numero, quos Spengelius p. XL etiam in vetustissimis codd. interpolatos contendit. Qui si Varronis verba esset aequabilius dispertitus, codicum

fuerit adjicere *sua voluntate*, alia quaestio est, neutiquam his in libris instituenda, quorum loquendi genus satis est negligens et ab omni arte alienum.

His jam explicatis videamus, quanta in hoc reconcinnando loco Dousae versati sint licentia. Et Janus quidem quicquid adipisci poterat arripuit, incudi imposuit duosque hosce procudit integros versus:

Ipsam sponte sua, cubitum cum venerit ad se,
Adductam ut tunicam et cetera rejiceret.

Imprudenter id factum reor, cum paene pro certo dici possit, interposita illa *cum ad se cub. ven.* a Lucilio ipso longe secus enunciata fuisse. Quare his omissis Franciscus cetera de Scaligeri sententia, ut ait, 2) sic immutavit:

— — sponte ipsa suapte
Adducta ut tunicam et cetera rejiceret.

in quibus cur *ipsa adducta* et *rejiceret* maluerit vir omnium doctissimus quam *ipsam adductam* et *reiceret*, quorum posterius in optimo codice Florentino, illud in omnibus repertum est, nullam equidem invenio causam praeter hanc, quod efficiendum putabat ex primis fragmenti verbis finem hexametri versus, quem pentameter ille haud majori labore excogitatus commodissime subsequeretur. Atqui pentametros in Lucilii satiris nullus se legisse commemorat, neque hoc iis quae supersunt poterit evinci. 3)

aestimator paullo fuisset aequior. Novam plane atque illustre lumen de his libris nuperrime accendit O. Mueller: quem quidem in hoc de quo agitur loco non diffitear ita prorsus cum Spengelio sentire, ut etiam deleverit verba *sua voluntate*.

2) Ex ipsone Scaligero eam acceperit Dousa, ignoratur; scimus autem auctore Luca Fruterio conj. veris. 3, 16, a Mureto haec verba itidem constituta esse, sed de causa magis idonea, quia is etiam praegredientia Lucilio adscribebat: quo scilicet facto nominativi necessarii sunt.

3) Unum illud distichon, quod Donatus ad Ter. Phorm. II, 1, 57 et Martialis XI, 90, 4 memoriae prodiderunt, servi illius epitaphium fuisse suspicor, eo ipso nomine fortasse libro XXII satirarum intersertum. In ceteris libris ut reperirem pentametros nondum contigit mihi.

Hactenus de aliorum opinionibus. Meo judicio locus Varronis sic est restituendus:

»Ideo Lucilius scribit de Cretea, cum ad se cubitum venerit sua voluntate,

Spónte ipsam suápte adductam, ut túnicam et cetera reíceret.«

Ita habemus versum septenarium, cujus generis multi restant e libris XXV, XXVI, XXVII, XXVIII itemque ex Ennii satiris ut ap. Gell. II, 29. F. Dousa hoc metrum parum videtur cognitum habuisse; nam non distribuit in versus e. c. haec (libr. XXVI):

Hómines ipsi hanc síbi molestiam últro atque aerumnam ófferunt:

Dúcunt uxorés, producunt quíbus haec faciant líberos.

Haec ego omnia integra duco, et ne *haec*, quidem in *hac* mutandum, ut voluit quidam. V. Donat. ad Ter. Andr. IV, 1, 32 et Bentl. ad ej. fab. II, 1, 28. 6, 7. Eadem negligentia aut ignorantia vulgavit ille hos versus (libr. ejusd.):

Át enim dicis clándestino tíbi quod commissúm foret,

Neú mutires quídquam neu mystéria ecferrés foras.

Illud *dicis* non video quomodo ferri possit, sed conjecturae Dousae quae sunt *dixi* vel *dixti* valde displicent: mihi totum locum consideranti in mentem venit ut veram scripturam proponere *divi*, patrio casu, ut pendeat e pronomine *quod*. *Divum* namque a Naevio et aliis pro *divino* frequentatum esse vel lexica docent. Cetera non tentem, etiamsi alii pro *tibi quod* suaserint *si quod* vel *si quid*. Cavendum est enim magnopere, ne Lucilium ipsum emendemus. Ista autem rei metricae ignoratione factum est, ut apud Dousam Lucilii et Grammaticorum verba in unum confusa legamus, ut XXIII, 1. Versus poetae hic est:

Cúpiditas ex hómine, cupido ex stúlto nunquam tóllitur.

Reliquis continetur additamentum Nonii, cujus sententia quidem ab illo sumpta videtur.

Postremo ad id paulisper unde profecti sumus revertamur. Non enim praetermittam, cujus me ad accuratius intelligenda verba Lucilii opportune commonefecit Westerh. ad Ter. Andr. I, 1, 109, proprie hic positum esse verbum *rejiciendi* atque explicandum *in tergum removere* vel interprete Servio ad Virg. Aen. XI, 619: *retro agere*, vel etiam ut Virgilius ipse Aen. XII, 400 loquitur: *retorquere*, quanquam hoc paululum differt. De synaeresi quae est in v. *reiceret* v. Duk. ad Flor. I, 10, 5 et C. L. Schneider Gr. Lat. I. p. 287, cui bene divinanti accedit J. H. Voss. ad Virg. Eclog. III, 96.

---

2. Superius fragmentum, in quo verba Lucilii omni labe vacare putavimus, jam subsequatur alterum, a Nonio servatum, quod tum librariorum inscitia ut videtur mire depravatum, tum etiam magis est interpolatum doctorum acumine. Habetur autem in Gothofredi Corpore Grammaticorum p. 740 (VI, 41) sic: Lucilius libro nono

Arripio et rostrum labe atque hoc zeferiatim
Percutio dentesque adversos discutio omneis.

In notulis tamen editor e ms. nescio quo libro haec protulit:

Arripio et rostrum labiasque, hic Zopyrioni percutio
Atque in percutio —.

Dousa e vetere ut ait codice edidit ita:

Arr. rostrum, labiasque hujus Zephiri atque im
Percutio, denteisque adversos excutio omnes.

quae Jac. Schegkius in obss. et emendatt. ep. 8 aut hunc in modum emendari voluit:

Arr. r. labiasque hascĕ feriatim —

aut cum amico quodam sic:

Arr. r. labiasque hujusce viri atque im —

Im enim idem esse atque *cum* et e ms. quodam restituendum etiam L. Attio ap. Macr. I, 7, quod tamen nemini

probavit. Mercerus denique qui in sua Nonii editione hanc scripturam codd. vulgavit:

Arr. et r. labeasque hoc Zepheri atque in —

in notis scribendum censuit:

Arr. et r. labeasque osquĕ ferio atque im —

eumque secutus est G. J. Vossius de anal. IV, 4.

Has varias aut librorum mss. scripturas aut emendationes quae vocantur doctorum hominum ego non tam commemoravi, ut refellam eas atque subvertam, quam ut sit aliis comparandi judicandique copia et facultas. Silentio tamen non transeam,' in correctione Merceri, felicis alioquin emendatoris, nonnihil offensionis habere tum *que* particulam in arsi collocatam, tum illud *im*, quod quamvis Lips. Ant. Lectt. 1, cap. extr. et Voss. l. m. Plauto quoque vindicare studuerint (cf. Non. p. 138 Merc.) praeter XII tabb. leges nullo certo adhuc loco repertum est. In iis vero quae e codd. supra consignata sunt proxime ad verum accedere judico eam scripturam quam Mercerus dedit, depromptam sine dubio ex optimo illo S. Victoris libro (de quo is v. in praef.) cujusque ego vestigia insecutus manum Lucilii in hisce ut ita dicam odoratus sum:

Arripio (et) rostrum labeasque: hoc zopyriatim
Percutio denteisque advorsos discutio omneis.

Labias scribatur an *labeas* parum refert, quando utrumque in usu fuisse certum est: illud habet Appulejus, hoc Gellius, de quibus quae a Ruhnkenio praef. ad Oud. App. observata sunt hic memineris velim: antefero tamen hoc loco *labeas* propter auctoritatem libri Victoriani et quod eadem vocis forma L. Pomponius usus est ap. Non. p. 18 Merc. Illud autem quod a Lucilio scriptum conjicio *zopyriatim* ne quis a Mss. notis nimium recedere dicat, sciendum est p̄ et p̄h et f̄ in libris manu exaratis posita esse paene promiscue, ita ut v. c. nunc *trophaeum* nunc *tropaeum*, modo *triumfus*

modo *triumpus* deprehendatur: quin ipsum de quo disputatur nomen alias sic *Zopirus* alias *Zophirus* scriptum exstare testantur Oudend. ad Frontin. III, 3, 4 et Snakenb. ad Curt. X, 1, 44. At quam facile *Zophirus* vel etiam *Zofirus* mutari potuerit in Zephyrum vel potius in *Zefirum* et *Zeferum*, nemo non videt, neque ad comprobandam E et O litterarum permutationem testibus opus est, ut Heins. et Drak. ad Sil. Ital. III, 22. Quo eodem pacto fons alterius E quae est in secunda syllaba demonstrari potest. V. Cort. ad Sall. Iug. c. 25 p. 535 et ad Plin. ep. 1, 5 p. 13 et 18. Fieri etiam potuit, ut ab hac E ipsum Y, priusquam in I litteram abiret, demoveretur: siquidem adnotante Salmasio ad Spartian. sequiorum temporum mos erat, ut in graecis vocabulis E pro Y littera substitueretur.

At vero his testimoniis omnibus nihil, opinor, ad defendendam meam conjecturam opus est. Sicut enim hic mirifico casu accidit, ut homo horridae virtutis locum molli ac leni Favonio daret, ita contrarius error quosdam Quinctiliani libros occupaverat, in quibus *Zephyri* et *Zopyri* conjungebantur pro *Ephyris Zephyrisque.* V. Buttm. ad XII, 10, 28. Solebant nimirum librarii eo imprudentiae procedere, ut quaecunque oculis aut alio sensu percipere non poterant ea conjecturâ assequi et tanquam falsa quovis modo corrigere conarentur. Hi igitur non rati, *zopyriatim* vocem Romanam esse et quidem poetae ut Gellius dicit apprime Latinae linguae scientis, distraxerunt eam in duas partes, quarum in priore cum actutum *Zephyri* nomen omnibus notissimum agnovissent alteram levi additamento particulae *que* refectam reparatamque opinabantur. Ita *Zephiri atque im* et *Zeferi atque in*, quae Dousa et Mercerus in codd. invenerunt, qua ratione enata sint, probabiliter habes enucleatum. *Hujus* autem quod in Dousana scriptura genitivum antecedit eo ipso emendatoris esse proditur. Quodsi ex his erroribus verum eruere difficilius est, ii, quibus *zeferiatim*

illud ap. Gothofr. debetur, ob modestiam suam merita a nobis laude exornentur; nam manifestum est eos satis habuisse litterarum notas prius depravatas imitando depingere.

His constitutis ac nonnemini ut arbitror comprobatis — nam his quoque in rebus *πᾶσιν* ut ajunt *ἁδεῖν χαλεπόν* — nihil videtur ad explananda verba Lucilii adjiciendum esse. Ita sunt plana atque perspicua omnia. *Zopyriatim* adsimulanter dictum est, ut de hujusmodi adverbiis loquitur Nigidius Figulus ap. Non. p. 40 Merc., pro eo quod est *in modum Zopyri*, similique adverbio in re haud absimili Juventius usus est ap. Charis. II p. 196 Putsch.: *Caput ei testatim defregero*, et L. Pomponius Verre aegroto Non. p. 178: *Jam istam colaphis comminuissem testatim tibi.* Adde quod adverbia in *im* aut *atim* exeuntia vulgari antiquiorum scriptorum usu trita fuere. Gell. XII, 15. Auson. Poppma de usu ant. locut. I, 13 et Both. fragm. poett. p. 123. Magnaque eorum copia quam Voss. de anal. IV, 20 congessit sine labore augeri potest. Si vero haereat quis in forma istius vocis, quia in adverbiis quotquot in *atim* desinant haec terminatio cum litteris — ut noster loquendi usus fert — radicalibus connecti soleat, nulla scilicet interposita copula qualis hic cernatur in I littera syllabae tertiae: is videat ne de Lucilio severius judicet. Nam tametsi verum est isto modo omnia fere hujus generis adverbia effecta esse, ut *bov-atim*, *can-atim*, *gran-atim*, *copul-atim*, *caterv-atim*, nec I ante A offendi nisi ea etiam in verbo nativo syllabae extremae antecedat, velut in his: *centuri-atim*, *decuri-atim*, *propri-atim*, *osti-atim*: tamen poetae quod *zopyr-i-atim* maluit non omnis deest excusatio. Primum enim ut mittam quod *zŏpy̆rātim* versus heroicus respuit, licuit 4) Lucilio exemplum

4) Similiter Lucilius dicere *Scipiadam* maluit quam quod legitima ratio postulabat *Scipioniden*. Tamen eum non solum Lucretius secutus est sed elegantior poeta Horatius. Heindorf. ad Sat.

eorum verborum sequi, quae item profecta a nominibus propriis, simulatque A in penultima adsumpserunt, I littera nunquam fere carent, ut *Caesar-i-anus*, *Jov-i-alis.* Prisc. II, 10. I. p. 96 Kr. Atque licuit, inquam, non quidem debuit, quia haec rectius derivantnr ab iis quae sunt *Caesari-us*, *Jovi-us:* id quod Priscianum non fugit. Plus autem excusationis peti potest e voce *fasc-i-atim*, quam Charisius propter id quod valet non a *fasc-ia* sed a *fasc-e* trahendam contendit. Voss. Etym. s. v. fascis.

Sed jam quaeri ex me identidem audio, quorsus tandem novum istoc verbum spectet. Nolite alte repetere. Respexit Lucilius, nisi omnia me fallunt, Persam illum, de quo Herodotus III, 154 et Justinus I, 10 aliique multi narraverunt: idque qua fecerit ratione reliqua verba satis superque declarant. 5) Quam ne lectores non intelligerent ei verendum non erat; nam Zopyri factum apud omnes pervulgatum erat proverbio illo quod Cratinus in Pylaea usurpasse traditur: *Ζωπύρου τάλαντα.* V. Hesych., Phot. in lex., Suidas, Zenob. IV, 9.

Si denique quae sunt modo a me disputata eruditis non prorsus improbentur, etiam *Zopyrionis* nomen, quod Gothofredus se in codice quodam vidisse ait, unde huc irrepserit ostendere possim. Est illud in fragmento quod Nonius p. 210 Merc. e libro XXIII satirarum servavit:

Zopyrion labeas caedit utrinque secus.

Dousa ex emendatione Hadr. Iunii:

Zopyrion labias discidit utrumque secutus.

Quibus ego non suffragatus illud rectius puto, praeterquam quod *que* particula me iterum offendit, ita ut existimem eam

II, 1, 17. Ceterum alia id genus multa peccari in omnibus linguis, ac maxime a poetis, quis est qui ignoret?

5) Multum negotii cum facie non quidem sua sed aliorum etiam alii cuidam Zopyro fuisse memoravit Cicero Tusc. IV, 37. de Fato 5.

delendam esse. Nam *utrinsecus* pariter dictum videtur atque *intrinsecus* et similia. Nomen vero quod est *Zopyrion* non minus ad illum Persam quam *zopyriatim* referam: et si graeca vocabula quae in ιων finiuntur deminutiva aeque ut patronymica dicenda sint (quod haud difficile obtinebo, quoniam utraque etiam notionis similitudine juncta sunt), isto nomine petitum arbitror homunculum quendam, qui ad modum Zopyri ipse laceraret deformaretque os suum. Hac et rei et verborum similitudine forsitan commotus sit quispiam, ut superiori loco quem non intelligeret hocce nomen adscriberet itaque locum daret depravationi.

---

3. Ad tertium locum qui est apud Festum aggredimur, lubricum illum et prioribus duobus longe difficiliorem: in quo faciendum est nobis, ut contra communem doctorum opinionem libri miserrimae conditionis auctoritate et conjectura facta e rebus occultis et paene abditis pugnemus. Vulgavit autem in Festo non modo Ant. Augustinus, sed cui fidem majorem habendam esse constat Ursinus in v. *Redantruare* sic:

»*Redantruare* dicitur in Saliorum exultationibus: cum praesul ampiruavit, quod est motus edidit, ei referuntur invicem iidem motus. *Lucilius:*

praesul ut ampiruet, inde vulgus redamplavit;

at Pacuvius:

Proaertrenda gratia
Simul cum videam Grajos nihil mediocriter
redantruare, opibusque summis persequi.«

Cum his componendus est Nonius p. 165 Merc.:

»*Redandruare*, redire. *Lucil.* lib. VIII:

— ut vulgus redandruet inde.

Pacuvius Chryse:

Graecos nihil mediocriter redandruare.«

in quibus omnibus praeter Pacuviani loci initium, probe ut arbitror restitutum a Scaligero, et excepta Luciliani versus parte altera, qnam esse vitiosam et numerus perturbatus coarguit et Nonius significat, nihil mea de sententia emendatricem manum requirit. Quod tamen a plerisque qui locum hunc attigerunt aliter existimatum est. Corrigenda enim judicarunt non ea solum quae dixi, verum etiam *ampiruat* et *ampiruet*, idque legitima causa declarata nulla. Tantummodo propter similitudinem quandam, si quid video, utrumque verbum, et illud quod Grammaticus interpretandum proposuit et hoc quod est *ampirvare*, illi ad eandem formam originemque revocantes scriptum alii voluerunt *redamtruare* et *amtruare*, ut Merula et Bothius fragm. trag. p. 116, alii, ut Scaliger 6) et Ursinus, etiam P ante T inseruerunt, scilicet ut emendatio omnes in se haberet numeros veritatis. Stirpem vocis deprehendisse omnes sibi in eo videbantur quod est *trua*, qua in ollis cibus inter coquendum agitaretur: nempe ab hoc factum esse *truare*, quod Paulus in excerptis commemorat, indeque rursus nata et *amtruare* i. e. circumvolvere et *redamtruare*. V. imprimis Voss. Etym. v. trua.

Haec sententia quo majorem veritatis speciem habet (habeat autem necesse est, quoniam versum Lucilii ita ut Merula eum immutavit etiam Hermannus de Hyperbole (Lips. 1829) nuper adhibuit): hoc diligentius quibus rebus ea nitatur intuendum excutiendumque puto.

Ac primum quidem *redantruare* minime licet mutari, quippe quod eodem modo etiam Nonius extulerit (nam D litteram pro T nihil moror): quem sua a Festo sumpsisse verisimile non est. Neque ambigi potest, quin sit illud ab

6) Idem Dacerio ut *redentruare* et *redemplavit* scriberet temere persuasit: etenim apud ipsum Festum mox narratur Romanos *redarguisse* et *pertaesum* maluisse quam quod Scipioni Aemiliano placuerit *rederguisse* et *pertisum*.

eo ducendum, quod Paulus tum *recurrere* tum *gratias referre* explicat: siquidem *antroare* diversum ab eo esse quod ab eodem proxime prolatum sit *andruare* recte mihi negare videtur Ant. Augustinus. In his vero scribendis itidem a librariis peccatum esse adeo, ut uno alterove loco vel etiam utroque *amtruare* reponendum sit, nemo facile credet, nisi quis forte vult corrigi etiam significationem quam Paulus indicat. Quodsi igitur recte se habet *redANtruare*, discrimen inter hoc et *ampirvare* tantum est meo quidem judicio, ut si mera id conjectura tollendum statuamus nihil futurum sit in omni Festi libro, quantumvis lacero, quod non quo quisque voluerit modo interpolari debeat. Neque in promptu est unde illud exortum sit perspicere. Nam librarium, sive dictantem auribus sequebatur sive volumen ex quo transcripsit suis ipsius oculis inspiciebat, bis in eodem loco tam mire lapsum esse, ut nunc *redantruare* recte, nunc *ampirvavit* et *ampirvet* perperam exararet, credi vix potest.

Sicut vero de scribendi ratione, item de subjecta his verbis sententia a Scaligero ceterisque eum secutis dissentio. Quid enim Festus aliud de ea prodidit quam quod enunciat hoc modo: *et referuntur invicem iidem motus?* Quae ad id quod praeposuit pertinere apertum est atque non modo Nonius demonstrat, sed etiam Pacuvii locus patefacit. Istius quidem interpretatio quae est *redire* laborat vitio, quod quale sit ex loco proximo intelligi potest. Nam etiam *redhostire* quod deinceps sequitur idem explicatur esse atque *redire*, pro quo Mercerus recte reponi voluit *reddere*. Quae conjectura firmatur a Festo; namque is, qui eandem vocem affert, significare eam docet *referre gratiam*. Ac potuit simpliciter dicere *referre* (v. Goerenz. Cic. Acad. II, 47, 146) sive *reddere* (Burm. Petron. c. 58 p. 382). Quod posterius Nonio restituendum est utrobique. Accedit denique quod eandem vim, si Pauli excerptis credere licet, simplex verbum *antroandi* habuisse videtur: cui apposuit ille *referre gratias.*

Quanquam haec ipsa verborum aequalitas Dacerio offensioni fuit, affirmanti sic *gratias referre* non *antroare* 7) sed potius *redamptruare* interpretandum fuisse. Ast ille oblitus est praepositionem in compositis saepe nihil proprium conferre, verum esse augendae duntaxat intendendaeque simplicis potestati. Cf. linquere et relinquere.

Apparet ex his quae modo disserui, ut Scaligero et Merulae nihil fere fuerit causae cur codicis scripturam rejicerent, sic contra consultius multo fecisse Turnebum Advers. 17, 8 et Brissonium de Formulis I. p. 127, qui eam retinerent. Quorum hic de vera *ampirvandi* vel potestate vel origine nihil commonet: ille autem utramque enodare conatus est. »Lingua Gallica, inquit, vocabulum habet *pirvetare*, quod veterem redolet originem. Nam *ampirvare* praesul Saliorum dicebatur, cum in saltatione motus edebat girumque aut saltum dederat, cui mox alii qui in choro erant eodem gestu motus reddebant, quod *redantruare* dicebant: hinc versus ille Lucilii apud Festum:

Praesul ut ampirvat, sic vulgus redantruat ipsum.«

Verum enimvero de hac voce quamvis simillima ejus quae hodieque ista in lingua exstat sic *pirouëtter*, ita ut hanc potuisse ex illa fieri non negem, tamen cum nihil traditum sit apud lexicorum scriptores, neque apud quenquam alium quantum scio: facere non possum quin de veritate ejus subdubitem atque *ampirvare* 8) illud non ex Gallico sive Celtico

7) Non reticendum est in hoc recondito verbo difficultatis aliquid et obscuritatis residere: quod quamvis ab altero q. e. *andruare* vel inscita vel negligentia Pauli separatum videatur, longe tamen distat ab eo quod Scaliger et Gothofr. ad Fest. l. c. et Bourdelot. Petron. c. 9 p. 54 in Glossariis tum explicatum invenerunt *ἀνδρίζεσθαι* tum novo vocabulo *σπηλεῦσαι*, Sed Glossographi viderint: Verrio Flacco non est quod diffidamus.

8) Bas. Faber in lexico s. *amtruo* dicit compositum hoc nescio quibus videri ex *ἀμπὶ* (aeol. pro *ἀμφὶ*) et *ruo*. Quo ineptum minus puto trahere illud a *piro*, quandoquidem etiam apud Graecos quosdam puerorum saltantium chori appellabantur *βαλλαχράδαι*.

sermone sed aliunde emanasse suspicer. Omnia autem quae de Saliorum ritibus prodita sunt rimanti mihi in mentem venit quaerere, numquid debeat origo ejus referri ad id quod Graeci *ἄμπειραν* dicebant, quod nomen Hesychius *ῥυθμῷ τινι αὐλητικῷ* impositum ait. Nam Salios accinentibus tibiis saltasse memoravit Dionysius Ant. II, 70. Accuratius, quam Hesychius, gravissimo auctore Timosthene scriptum reliquit Strabo IX, 3, ex quinque nomi Pythici partibus, ejus quo primum Cretenses quidam Apollinis e Pythone relatam victoriam celebravisse Delphis ferebantur, partem secundam dictam esse *ἄμπειραν*. Cf. Pausan. X, 7 et Facius ad ejusd. libri c. 6 extr. Quae Pythia solemnia statim ab initio non sine saltatione quadam peracta esse ostendit O. Mueller Doriens. vol. I p. 350; quin Jul. Scaliger Poet. I, 23 ipsam saltationem in partes totidem, etsi paullo diversas, distributam arbitratus est. Cujus vero sententiae cum nullam rationem reddiderit et quas partes saltationis enumerat eas *τοῦ Πυθικοῦ νόμου* i. e. cantici fuisse Pollux IV, 84 testificetur: Boeckhius de metris Pindari p. 182 conatus est ad tollendam discrepantiam quae Straboni cum Polluce intercedit explicare totam cantici illius rationem, ita ut hos duos scriptores conciliaret non solum inter se verum etiam cum auctore argumenti Pythiorum, cujus de eadem re testimonium rursus ab illis et maxime quidem a Strabone discrepat. Quae res quomodo viro doctissimo acutissimoque successerit vix audeo dicere: adeo enim obscure negligenterque veteres de isto nomo tradiderunt. Haec tamen quasi praeteriens contra moneam, primum nequaquam minuendum esse partium numerum de quo Strabo et Pollux consentiant; deinde reliquam eorum diversitatem potius imputandam videri immutatae atque corruptae aetatis inferioris consuetudini (de qua Plutar-

Plut. Qu. gr. 51 p. 405. Adseverantius dixerim a *piro* ductum esse Francogallorum vocabulum *pirouette*, videlicet propter verticilli hujus lusorii figuram.

chus, Athenaeus aliique multa questi sunt) quam ipsorum imprudentiae aut harum rerum ignorationi; denique dissidere inter se tam graviter illos, ut, si omnes eadem de re locutos sumamus, ejus veriorem et antiquiorem rationem Strabo potius atque Timosthenes (quem permagni licet aliis in rebus aestimatum ab Eratosthene perhibent) quam duo reliqui exposuisse putandi sint.

Sed ad propositum redeamus. Ut igitur fuerit ἄμπειρα quam vocabant non saltationis sed pars quaedam cantici quod in Apollinis honorem Delphis edebatur, probabile est tamen etiam saltationem ei sic fuisse adjunctam, ut partibus ejus certo quodam modo responderet. quo scilicet fieri potuit ut aliquod motuum genus isto nomine designaretur: certe apud Romanos translatum hoc esse ad tripudium nemo opinor mirabitur. Atque sic etiam Joa. Argolum 9) sensisse video, qui narrationem Strabonis haud inscite, ut existimo, ad illustranda Claudiani verba adhibuerit de VI Cons. Honor. v. 626—30:

Armatos hic saepe choros certaque vagandi
Textas lege fugas inconfusosque recursus
Et pulcras errorum acies jucundaque Martis
Cernimus: insonuit cum verbere signa magister,
626 Mutatosque edunt pariter tot pectora motus,
In latus allisis clipeis aut rursus in altum
Vibratis. grave parma sonat mucronis acuti
Murmure et umbonum pulsu modulante resultans,
Ferreus alterno concentus clauditur ense.

Quibus versibus significari ait proceleusmaticum rhythmum 10) in batuatione illa edi solitum. »Illiditur, inquit, clipeus clipeo et praeludium scilicet anacrusis redditur: in altum vibratus remugit et *ampiram* i. e. primum certandi periculum signat: mucro acutum reddens certamen ipsum et cataceleus-

9) Ad Onuphr. Panv. de ludis Circens. II, 2 in Graevii thes. t. IX p. 342.

10) Cf. Odofr. Mueller Tusc. II p. 217.

mum denotat. Umbonum conflictus iambum et Paeana, nempe jam terminatam victoriam, ensium complosio syringas referunt, ipsius Pythonis morientis jam ultimum sibilum.« Equidem si in his tam involutis rebus ariolari permittitur, illo in loco talem quendam describi ludum conjicio qualem facere sint soliti ipsi Salii, et ἀνάκρουσιν declarari jam v. 625; *insonuit cum verbere signa magister.* Magister enim qui hic appellatur aut idem atque Saliorum praesul est aut vates eorum: quanquam his quoque magister praefuit qui nonnunquam carmina recitabat. V. Gutberl. de Saliis p. 41. Similiter Graecorum chori ubique ἐξάρχοντα quendam habebant qui paeanem vel aliud μέλος ἀνεκρούετο. V. Archiloch. rell. 44. p. 128 Liebel. Non tamen Argolus hoc unum nomi Pythici apud Romanos vestigium repperit, cui praeter Claudianum Petronius quoque ad illum spectasse videbatur c. 115 his in verbis: *Audimus murmur insolitum — quasi cupientis exire belluae gemitum*, et quae paullo post Eumolpus dicit: *sinite me sententiam explere; laborat carmen in fine.* Quae opinio si vana non sit, et illud *excire* quod in ora codicis Almel. notatum erat vulgari scripturae praeferendum erit, et falsissimas ineptissimasque omnes esse hujus loci explanationes manifestum atque apertum est.

His jam profligatis vereri me fateor, ne quis mirabundus quaerat ex me, quibus ego rationibus impulsus carmina et exsultationes Saliorum ad Pythiorum modum instituta fuisse non credam (quoniam libera sint judicia) sed persuadere aliis quoque studeam. Vereri inquam, quod argumenta certissima atque signa omni luce clariora mihi prorsus desunt: nec vero adesse possunt propter summam rei de qua agitur vetustatem. Ne illud quidem quod vulgo creditur inter antiquos scriptores convenit, a Numa illud sacerdotium constitutum consecratumque Marti fuisse. Quod si etiam facile concedatur, vestigia e quibus conjecturam meam cepi ita recondita sunt ac prope obruta, ut intelligam omnem hanc

disputationem, et longiorem et ab hoc loco ut videtur alienam, differendam mihi esse in aliud tempus. Ut hoc unum commemorem, unde profluxisse opinionem duxeris eorum qui Numam, quem Cicero regem doctissimum nuncupat, aemulatum quaedam Minois Lycurgique instituta narrarunt? Talia meo quidem judicio fingi non poterant, nisi exstabant certa indicia ex quibus colligerentur. Atqui ego minime defendam sacra Saliorum omni ab parte Pythiorum similia fuisse vel Numam legatos misisse in Graeciam qui sacerdotia, quorum auctor fuisse fertur, inde repeterent.

Denique vix est quod moneam in Saliari carmine alia quoque vocabula inveniri, quae originem Graecam manifesto prae se ferant, ut *pescia*, de quo vocabulo v. Fest. et Gutberl. p. 146, et *tripudium*, quod propius esse Graecorum *πόδα* quam Latinorum pedem patet et recte interpretatur Auson. Popma de differ. verb. s. Saltare. Item *Cosauli* ap. Varr. de l. Lat. VII, 3 p. 312 Speng. Graecorum *χόραυλοι* esse videntur, quod verbum Pollux servavit.

His igitur omnibus partim confectis partim tentatis modo et quasi procul monstratis, redeo tandem ad versum Lucilii, qui huius disputationis nobis necessitatem imposuit. Cujus cum evidens sit posteriorem partem apud Festum corruptam esse, eam vero ipsam afferri a Nonio idque memoriter ut opinor: ex utroque illum sic compono atque propono:

Praesul ut ampirvat, sic vulgu' redantruat inde.

Varges.

De aliquot fragmentis Tragicorum Latinorum.

Ennii.

In *Andromeda* fr. 6:

Rursus prorsus reciprocat fluctus fera.

Loquitur Ennius de ingenti illa bellua marina, quam Ammon Andromedae immiserat: scribendum autum est:

Rursus prorsus reciprocat fluctus *fera*.

Tanto enim illa impetu advehebatur, ut maris undas funditus conturbaret. Ovidius Metamorph. IV, 687 ubi hanc ipsam fabulam tractat, ita de hoc monstro loquitur:

Et nondum memoratis omnibus, unda
Insonuit, veniensque immenso bellua ponto
Eminet, et latum sub pectore possidet aequor.

et v. 705:

Ecce velut navis praefixo concita rostro
Sulcat aquas, juvenum sudantibus acta lacertis,
Sic fera dimotis impulsu pectoris undis
Tantum aberat scopulis —

Et de simili bellua similiter Valerius Flaccus II, 498:

Sigeaque pestis Adglomerare fretum.

Andromeda fr. 3:

Alia fluctus differt, dissipat

Visceratim membra, maria salsa spumant sanguine.
Scripsit, ut opinor, poeta

Maria *salso* spumant sanguine.

Salsum enim sanguinem appellat recens profusum. Ita Cresphonte fr. 6 dixit:

Neque terram injicere, neque cruenta convestire corpora
Mihi licuit, nec miserae lavere lacrumae salsum sanguinem.

Attius in Epinausimache fr. 9:

Et Scamandriam undam salso sanctam obtexi sanguine,
Atque acervos alta in amni explevi hostico.

Pacuvius in Iliona (apud Ciceron. Quaest. Tusc. I, 16) ad hujus enim tragici istam fabulam referendum esse hoc fragmentum alias monstrabo:

Unde animae excitantur obscura umbra, aperto ostio
Alti Acheruntis, salso sanguine, mortuorum imagines.

Salsum enim sanguinem vocat cruorem recentem victimarum, quo animae ab inferis excitabantur.

Medeae fragmentum legitur apud Nonium v. efferre: Utinam ne unquam Medea Colchis cupido corde pedem extulisses. Bothius existimat Nonium haec errore ex primis prologi verbis conformasse:

Utinam ne in nemore Pelio securibus —
Nam nunquam hera errans mea domo ecferret pedem
Medea, animo aegra, amore saevo saucia.

Verum illa sunt chori verba, metro choriambico scripta; ita autem digerenda sunt:

Utinam ne unquam
Medea Colchis cupido corde pedem extulisses.

Compares Euripidem in Medea v. 431:

Σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρῴων ἔπλευσας
Μαινομένᾳ κραδίᾳ διδύμους ὁρίσασα πόντου
Πέτρας.

Melanippa fr. 2:

Mi ausculta, nate, pueros cremari jube.

Minime probari possunt ea, quae Bothius de hoc loco scripsit: versus ita emendandus videtur:

Mi ausculta, *nata*, pueros cremari jube.

Numeri autem sunt cretici. Melanippae autem haec dicit pater, pueros, quos filia pepererat et in stabulo boum exposuerat, monstra esse arbitratus. Dionys. Halicar. Art. Rhetoric. p. 103 cum dixisset: *Ἡ δὲ Μελανίππη ἐπαιδεύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος· γέγονε δὲ ταύτῃ παιδία· ἐξέθηκε δὲ αὐτὰ εἰς τὰ τοῦ πατρὸς βουφόρβια.* haec profert: *Ὁ δὲ πατὴρ ἡγεῖται ἐκ βοὸς εἶναι, καὶ ὡς τέρας βούλεται κατακαῦσαι.*

Solebant autem veteres quaecunque monstruosa erant, igni comburere. Ita Tiresias Alcmenae praecipit, ut dracones illos monstriferos, quos Juno Herculi infanti immiserat, comburat: apud Theocrit. XXIV, 86. *Ἀλλά, γύναι, πῦρ μέν τοι* etc. Quocum componatur Phrynichus in Bekk. Anecd. T. I, p. 10, 26: *Ἀγρίοις κατακαῦσαι ξύλοις· τὰ τερατώδη τὴν φύσιν ἐπ' ἀγρίοις ἔκαιον ξύλοις.* Ex patris oratione, qua declarat monstra esse illos infantes, petitum est etiam fr. 3 hujus fabulae:

Certum hic est nullum *dubium*, quin monstrum siet:
Hoc ego tibi dico et conjectura auguro.

Ita enim legendum videtur. Deos quoque exorabat, ut bene feliciterque ista res verteret regno suo, fr. 1:

Regnum nostrum sospitent
Superstitentque.

Idem igitur Ennius tractaverat argumentum, quod Euripides in Melanippa philosophante. Sed fr. 4. et 5. fabulae Ennianae vix conveniunt isti argumento. Videtur autem mihi Ennius etiam alteram Euripidis fabulam, Melanippam vinctam in latinum sermonem transtulisse. Nam fr. 4

Cum saxum sciciderit.

videtur de Melanippa intelligendum esse liberata a filiis custodia: eam enim pater, cum comperisset istos infantes fi-

liae esse, saxo incluserat. Hygin. F. 186: »Melanippam excaecavit et in munimento conclusit, cui cibum atque potum exiguum praestari jussit; infantes autem feris projici: — qui ad Desmontem pervenerunt, eumque interfecerunt, et matrem custodia liberant, cui Neptunus lumen restituit.« Melanippa oculorum acie recuperata aegre solis splendorem tolerans dicere videtur illud (fr. 5):

Lumine sic tremulo terra et cava coerula candent.

Duas igitur fabulas ejusdem nominis scripsit Ennius: nam quis crediderit poetam diversissima argumenta in unum quasi conglutinavisse?

Ad *Phoenicem* referendum censeo illud fragmentum, quod legitur apud Ciceronem Oratore c. 46:

Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus.

Sunt enim haec dirae illae, quas imprecatur Amyntor Phoenici. Plane ita apud Homerum Il. IX, 453—457 ipse Phoenix hanc rem narrat. Ubi observandum illud *γούνασιν οἷσιν*. Ennius enim, sive potius graecus tragicus quem secutus est (Euripidem fuisse credo) *γούνασιν οἷσιν* accepit dictum esse pro *ἐμοῖσιν*.

Telamone fr. 2:

Nam ita mihi Telamonis patris atque facies proavi Jovis
Gratia ea est, atque hoc lumen candidum claret mihi.

Quae Grotius ita corrigenda esse existimavit:

Nam ita mihi Telamonis patris facies ac proavi Jovis
Gratia grata est, atque hoc lumen candidum claret mihi.

Sed prior versus ita omnino emendandus est:

Nam ita mihi Telamonis patris, *avi Aeaci, et* proavi Jovis.

Teucer enim similiter de progenie sua gloriatur, ut Ajax frater apud Ovidium Metam. XIII, 23—30.

Telamone fr. 4:

Deum me incerdit facere pietas, civium porcet pudor.

Incendit primus correxit Lipsius pro librorum lectione: sensit: mihi vero aptius videtur, si versus ita corrigatur:

Deum me *sancit* facere pietas: civium porcet pudor.

Telamo enim dubius inopsque consilii est, utrum Teucrum filium patriis finibus expellat, nec ne: ira propter Ajacis mortem concepta, stimulat eum, ut poenam legibus divinis sanctam repetat, sed simul veretur, ne civium animos offendat, si tam crudeliter in filium consulat.

N a e v i i.

In *Danae* fr. 5:

Quam quondam fulmine icit Juppiter.

Ita, ut conjicio, versus est redintegrandus:

Semela, quam quondam fulmine icit Juppiter.

Probabile est enim cum Danae comparatam esse Semelen, quae cum ipsa quoque a Jove esset amata, non minus tristem atque infelicem amoris experta erat, quam Danae.

Danae fr. 6:

Animi jubeo fonte lavere nemini
Manum.

Longe corruptissimum fragmentum: neque quae Bothius de eo dixit, cuiquam poterunt probari. Quod si licet conjecturam incertam illam quidem, non tamen prorsus tragico indignam periclitari, legerim:

Jubeo *te* fonte lavere *neminis* manum.

vel Te jubeo fonte. Delas *animi*, quod vix dubito, quin ex sequente *nemini* sive ut vulgo legitur *memini* ortum sit. Revocat mihi hoc in memoriam versum Plauti Mil. Glor. II, 4, 2 ubi *memini* non dissimili modo corruptum est, sed adhuc tam patienter toleratum est, ut nemo animadverterit, quam sit ineptum:

Pa. At metuo, ut satis sis subdola. Ph. Cedo vel doctum, edocebo.

Memini malas, ut sint malae.

At vero scripserat Plautus:

Ego vel decem docebo

Minime malas, ut sint malae.

Sed ut ad Naevium revertar, pronomen *nemo* casu genitivo dixit etiam Ennius in Erechtheo fr. 3:

Lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis.

Cf. etiam Nonius v. Neminis.

Haec autem sunt verba Acrisii, Danaen filiam in exilium pellentis, atque aqua et igui ei interdicentis. Compares Aeschylum in Choephoris v. 285:

Καὶ τοῖς τοιούτοις οὔτε κρατῆρος μέρος
Εἶναι μετασχεῖν, οὐ φιλοσπόνδου λιβός,
Βωμῶν τ' ἀπείργειν οὐχ ὁρωμένην πατρὸς
Μῆνιν· δέχεσθαι δ', οὔτε συλλούειν τινά.

et Sophocl. Oed. Reg. 237—43.

Acrisium autem in fabula Naeviana Danaen in exilium projecisse satis docet fr. 4. ubi ipsa Danae ita loquitur:

Indigne exigor patria innocens.

Lycurgo fr. 14:

Pergite, thyrsigerae Bacchae modo Bacchico cum schemate.

Versum trochaicum esse credit Vossius: rectius Bothius ex dactylis atque trochaeis constare dicit: nisi forte poeta ita scripsit:

Pergite, thyrsigerae Bacchae, modo *Bacchiaco* cum schemate.

Lycurgo fr. 16:

Sine ferro pecua manibus ut ad mortem meant.

Nolo permira illa commemorare, quae Bothius de hoc versu scripsit. Transposito uno vocabulo lego:

Sine ferro *manibus* pecua ut ad mortem meant.

Conjungendum enim est *manibus sine ferro* i. e. *χερσὶν ἀσιδήροις.* Narrat autem aliquis, se vidisse, ut Bacchae bo-

ves manibus inermibus discerpserint. Cf. Euripides in Bacchis v. 733 — 740.

Pacuvii.

Armorum Judicio fr. 4:

Quod ego inaudivi accipite, et quid sit facto opus, decernite.

Cum hoc fragmento conjungendum puto aliud (14 ed. Both.) hoc modo:

A. Nilne ad te de judicio armum accidit?
B. Quod ego inaudivi accipite et quid sit facto opus, decernite.

Chorus, ut videtur, quaerit ex aliquo, fortasse nuntio, quis judicii de armis Achillis fuerit exitus; cui ille respondet, se id, quod compertum habeat, expositurum esse, ut quid faciendum sit, decerni possit.

Duloreste fr. 13:

Quid? quondam et mihi piget paternum nomen, maternum pudet
Profari.

Scribendum videtur:

Quid *quod* et mihi
Piget paternum nomen, maternum pudet
Profari?

Neque vero, quod Bothius vult, Orestis haec sunt verba, neque enim is potuit dicere se poenitere, patris nomen memorare: imo ei matris nomen maxime detestabile fuit: sed Iphigenia cum ex hospite ignoto quaereret, quibus parentibus prognatus esset, ille vero dixisset se prae pudore parentum nomina eloqui non posse: (Cf. Euripid. Iphig. Taur. 484:

ΙΦ. Σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθεθ' ὁ γεννήσας πατήρ;
ΟΡ. Τὸ μὲν δίκαιον, δυστυχεῖς καλοίμεθ' ἄν.
ΙΦ. Οὐ τοῦτ' ἐρωτῶ· τοῦτο μὲν δὸς τῇ τύχῃ.

ΟΡ. Ἀνώνυμοι θανόντες οὐ γελῴμεθ' ἄν.
ΙΦ. Τί δὴ φθονεῖς τοῦτ', ἢ φρονεῖς οὕτω μέγα;
ΟΡ. Τὸ σῶμα θύσεις τοὐμὸν, οὐχὶ τοὔνομα.)

illa mirata illius sortem, dicit: Quid quod et mihi

Piget paternum nomen, maternum pudet
Profari.

Patrem enim oderat Iphigenia, quod Aulide Dianae victima oblata erat.

Duloreste fr. 15:

Ubi illic est? me miseram, quam clamor eliminat!

Pro *clamor* alio Nonii loco p. 58 legitur *clam clam*: quod a vero propius abesse existimo: ita enim Pacuvius scripsisse videtur:

Ubi illic est? Me miseram, *quonam clanculum se* eliminat?

Dixerit haec Iphigenia de Oreste. Et *quonam* ipso illo Nonii loco legitur; in altero autem p. 292 *quoniam. Se eliminat* ut Varro posteriore Nonii loco: Occipitium arivo deo ostendo, ex oraculo elimino me. Attius Phoenissis fr. 4:

Egredere, exi, effer te elimina urbe.

nam ibi *te* tam ad effer, quam ad elimina referendum est. Ennius Medea fr. 2:

Antiqua herilis fida custos corporis
Quid sic extra aedes exanima te eliminas?

Medo fr. 1:

Quid tandem? ubi ea est, quod receptat? exul incerta vagat.

Bothii conjectura: quo receptad exul? incertan' vagat? probari non potest. Scribendum est:

A. Quid tandem? ubi ea est? *quo receptast?* B. Exul *incerte* vagat.

Sciscitatur aliquis ubi Medea nunc versetur, cujusque hospitio utatur. Cui alter respondet exulem, certa sede carentem vagari. Pro *receptast* possis etiam *receptata* scribere. *Incerte* dixit Ennius Iphigenia fr. 4:

Incerte errat animus, praeterpropter vita vivitur.

Pacuvius Periboea fr. 11:

Triplici pertimefactus moerore animi incerte errans vagat.

Ita scribendum censeo.

Medo fr. 17:

Accessi ad eam, et tonsillam pegi laeto in littore.

Bothius conjicit: accessi ad terram: codices *Access eam* praebent. Scripserat Pacuvius:

Accessi *Aeam*, et tonsillam pegi *lecto* in littore.

Aea urbs vel terra Colchorum intelligenda est: dixerit autem haec verba Medus, qui matrem toto terrarum orbe investigaturus, etiam Aeam pervenit: quam postquam agnovit, avum Aeetem in regnum restituit. Cf. Valerius Flaccus V, 687:

Donec et Aeetem inopis post longa senectae
Exilia (heu magnis quantum libet impia fatis,)
Nata juvet, Grajusque nepos in regna reponet.

Ceterum *Aeetae* nomen oblitteratum est in fr. 10 hujus ipsius fabulae, de quo alias dicetur.

Periboea fr. 20:

Corpusque meum tali
Moerore, errore, macore senet.

Tali Bothius ex codd. scripsit; vulgo *tabe* legitur. Scripsisse poetam existimo:

Corpusque meum *tabificabile*
Moerore, errore, macore senet.

Tabificabile dixit Attius in Medea fr. 10, sed alio sensu:

Pernici orbificor liberorum leto tabificabili.

Hic autem significat tabescens, tabidum. Ita luctificabile est non tam *luctuosum*, quam *lugens* in Pacuviano illo apud Persium I, 77:

Sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur
Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta.

Ita *monstrificabile* est *monstruosum* in Lucilii versu apud Nonium v. monstr.

Nunc ignobilitas his mirum ac monstrificable.

Attii.

In *Aeneadis* fr. 5. ed. Both. ita legitur:

Et nunc quod eorum segnitas ardet focus.

Quae corrupta esse facile apparet: neque vero Lipsius, qui conjecit: Et nunc, quae eorum segnitas, ardet locus: neque Delrius: Eo n. q. e. segnitate ardet focus, vitium sustulerunt. Poeta scripsisse videtur:

Et nunc quod eorum segnitas *tardet opus*.

Tardet ultimam syllabam, cum ictu feriatur, productam habet, ut saepissime etiam apud tragicos antiquos factum esse reperimus: quamquam fortasse pro *opus* aliud quid restituendum fuerit.

Andromeda fr. 13:

Nec, qui te adjutem, invenio. Hortari piget;
Non prodesse, id pudet.

Legendum potius videtur:

Nec qui te *adjuter*, invenio: Hortari *pudet*:
Non prodesse, id *piget*.

Scripsi *adjuter*, quod versui magis est accommodatum, sive is jambicus, sive creticus sit. Ita etiam Pacuvius hac verbi forma usus est; Nonius v. »Adjutatur pro adjutat. Pacuvius Duloreste:

Illum quaero, qui adjutatur.

Afranius Inimicis:

Haec obsecro igitur agite et me adjutamini.

Lucilius libro XXVII:

Nec si paulo minus usuras et magna adjutatus diu.«

et Pacuvius in Chryse fr. 10:

Adjutamini et defendite.

Piget autem et *pudet* omnino transponenda erant: id quod etiam Nonii verba confirmant: »Pudet et piget hoc distat: pudet enim verecundiae est, piget poenitentiae.«

Antigona fr. 6: Quanto mage te istiusmodi esse intelligo,

Tanto, Antigona: mage me par est tibi consulere parcere.

Revocanda est librorum scriptura, quam Bothius injuria oblitteravit:

Tanto, Antigona, mage me par est tibi *consulere et parcere*.

Parcere enim est curam gerere, prospicere: apteque inter se *consulere* et *parcere* copulantur. Plane ita Afranius in Epistola fr. 9 ed. Both.

Nam proba et pudica quod sum, consulo et parco mihi:

Quoniam comparatumst, uno ut simus contentae viro.

Cicero Verrin. II, 3, 32: Quibus parcere et consulere, homo impurissime, et quod genus hominum studiosissime conservare debuisti. de Republ. III, 12: Iustitia autem praecipit parcere omnibus, consulere generi humano. Catilinar. IV, 2: Mihi parcere ac de me cogitare desinite. Verrin. I, 8, 22: Vos quod ad vestram famam, existimationem, salutemque communem pertinet, judices, prospicite atque consulite. Plautus Aulularia II, 1, 11: consulere et monere.

Armorum Judicio fr. 5.

Quid est? Cur componere ausis mihi te aut me tibi?

Bothius: »Ausis debile est pro tanta magniloquentia: Scribendum ausus: et fortasse *est* delendum metri gratia.« Nulla mutandi est necessitas: modo ita distinguas:

Quid est, cur componere ausis mihi te aut me tibi?

Ajax indignatur, quod Ulysses ausus fuerit secum de Achillis armis contendere: id enim aegerrime tulit: compares Ovidium Metamorph. L. XIII, 16, ubi Ajax ita loquitur:

Praemia magna peti fateor; sed demit honorem

Aemulus: Ajaci non est tenuisse superbum,

Sit licet hoc ingens, quidquid speravit Ulysses.

Iste tulit pretium jam nunc certaminis hujus,
Quo cum victus erit, mecum certasse feretur.

Ex ejusdem Ajacis oratione (Ulyssi tribuit Bothius) est fr. 7 petitum, ubi libenter se cum forti viro contendisse fatetur: a quo etiamsi superatus fuerit, non tamen suo decore spoliatus esset:

Nam tropaeum ferre me a forti viro
Pulcrumst: si autem et vincar, vinci nullumst a tali probrum.

Quos versus comparavit Ruhnkenius cum illis Velleji verbis L. II, 37, 4: Non esse turpe ab eo vinci, quem vincere esset nefas. Similis sententia est in illo Ovidiano Metamorph. IX, 5: Nec tam
Turpe fuit vinci, quam contendisse decorum est,
Magnaque dat nobis tantus solatia victor.

Comparandi sunt etiam ejusdem poetae versus ibid. V, 191:
Magna feres tacitas solatia mortis ad umbras
A tanto cecidisse viro.

et XII, 80:
Quisquis es, o juvenis, dixit, solamen habeto
Mortis ab Haemonio quod sis jugulatus Achille.

cui simillimum est illud Virgilii Aen. X, 829:
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem,
Aeneae magni dextra cadis.

Statius Theb. IX, 556:
Non inficiamur honorem
Mortis, ait, refer huc oculos, ego vulneris auctor:
Laetus abi, multumque aliis jactantior umbris.

Sophocles Philocteta 336:
Ἀλλ' εὐγενὴς μὲν ὁ κτανών τε χὡ θανών.

Athamante fr. 5:
Beneficiis hostimentum peperisti grave.

Ita edidit Bothius: vulgo legitur: Beneficius gravem hostium peperisti et grave. Praeclare Grotius (qui ita scribit:

Beneficiis egregiis hostimentum peperisti grave) restituit hostimentum, quo verbo usus est etiam Ennius in Cresphonte fr. 1:

Audi atque auditis hostimentum adjungito.

Ita fere Attius scripsisse videtur:

Meis beneficiis hostimentum peperisti *gratum et* grave.

Gratum et grave etiam alibi junguntur, ut in Nyctegresia fr. 8:

Id quod facis gratum et grave est.

Plautus in Persa

Si quid bonis
Boni fit, esse idem et grave et gratum solet.

Atreo fr. 2:

Concoquit partem vapore flammam tribuit verubus lacerta in focos.

Quid requiratur, vere perspexit Vossius, cui ita scribendum videbatur:

Concoquit partem vapor
Hic codd. *ἅτε* vel *ἅτι* vulgo praebent, quod emendavit Bentlejus. Propterea autem gravi odio persecuta est Andromedam istam; Maximus Tyrius l. l. *Καὶ ὅ τι περ Σωκράτει οἱ ἀντίτεχνοι Πρόδικος καὶ Γοργίας καὶ Θρασύμαχος καὶ Πρωταγόρας, τοῦτο τῇ Σαπφοῖ Γοργὼ καὶ Ἀνδρομέδα. νῦν μὲν ἐπιτιμᾷ ταύταις, νῦν δὲ ἐλέγχει καὶ εἰρωνεύεται αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ Σωκράτους.* Irridet eam fr. 23, quod carmen ad Atthidem ipsam scriptum videtur:

(Ἀτθί,) τίς δέ σ' ἀγροιῶτις ἀγροιῶτιν ἐπεμμένα
*Στολάν, θέλγει * * νόον,*
Οὐκ ἐπισταμένα τὰ βράκε' ἕλκην ἐπὶ τῶν σφυρῶν;

Ceterum hujus fragmenti hic est sensus: Amavi te quidem, non tamen usa sum flore virginitatis: nam mihi videbaris non satis esse matura: quod satis docent verba Maximi Tyrii XXIV: *Οὐ προσιέναι φησὶν ὁ Σωκράτης Ἀλκιβιάδῃ ἐκ πολλοῦ ἐρῶν, πρὶν ἡγήσατο ἱκανὸν εἶναι πρὸς λόγους. Σμικρά μοι παῖς ἔτι φαίνεο καὶ χαρίεσσα Σαπφὼ λέγει.* Recte autem Atthis parva dicitur, si quidem Terentianus Maurus ita loquitur de ea c. IV v. 2154:

Cordi quando fuisse sibi canit Atthida
Parvam, florea virginitas sua cum foret.

Quae quin ex ipsius Sapphonis carminibus hauserit, non est dubitandum.

Sappho fr. 34. Etsi quodammode ferri potest, quod vulgo legitur *μάλιστα*, longe tamen aptius atque elegantius ita legas:

Τίῳ σ', ὦ φίλε γαμβρέ, καλῶς εἰκάσδω;
Ὄρπακι βραδινῷ σε κάλιστ' εἰκάσδω.

Nam id, quod praecessit *καλῶς* paene efflagitat, ut *κάλιστα* sequatur. *Κάλιστα* autem aeolicum est pro *κάλλιστα*, ut *κάλιον* pro *κάλλιον* illi dicunt. Scholiasta Wassenbergh. ad Homeri Iliad. II, 129: *Τῷ διπλασιασμῷ ἐναντίον ἡ παρέλλειψις. ἔστι δὲ παρέλλειψις, ὅταν τῶν διπλασιαζομένων συμφώνων ἓν παραλείπηται, οἷον παρ' Ἀλκαίῳ τὸ κάλιον ἀντὶ τοῦ κάλλιον.*

Sappho fr. 41: *Ὁ μὲν γὰρ καλὸς ὅσσον ἴδεῖν πέλεται,*
Ὁ δὲ κἀγαθὸς αὐτίκα καὶ καλὸς ἔσται.

Sed haec corrupta esse tum sententia, quae parum est apta, tum vero etiam metrum arguit. Ita Sappho scripsisse videtur:

Ὁ μὲν γὰρ καλὸς ὅσσον ἴδεῖν πέλεται ἀγαθός,
Ὁ δὲ κἀγαθὸς αὐτίκα καὶ καλὸς ἔσσεται.

Hoc enim dicit: Qui pulcher est, is quantum quidem ex specie externa conjicere licet, bonus est: sed bonus qui est, is statim etiam pulcher erit. Verba *πέλεται ἀγαθός* ex more poetarum aeolicorum in unum sunt contrahenda.

Sappho fr. 62: Neque metrum horum versuum est integrum, neque *καὶ* ita positum ferri potest. Verbo *στᾶθι* transposito, ita lego:

- υ - - - υυ - υ Κἄντα
Στᾶθι φίλος, καὶ
Τὰν ἐπ' ὄσσοις ἀμπέτασον χάριν (καὶ —)

Sappho fr. 73: Cum apud Demetrium legatur *νίψω* (Victo-

rius p. 152: „Cum autem hic olim initio exempli legeretur in omnibus libris *νίψω*, emendavi secundum scripturam quae apud Hephaestionem est, ipse enim quoque citavit hunc locum, *ὕψι.*") scribendum puto *ἴψοι.* Ita enim Aeoles dixisse videntur. Herodianus *περὶ μονήρ. λέξ.* p. 22: *Ὕψος — Αἰολεῖς δίψος λέγουσιν αὐτὸ οἰκειότερον, ἔστι γὰρ εὑρεῖν τὸ ῑ πρὸ διπλοῦ ἴζω, ἰξὸς, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν.* ubi scribendum est: *Αἰολεῖς δ' ἴψος λέγουσιν αὐτό*: quibus non repugnant ea, quae leguntur apud Theog. in Bekk. Anecd. III p. 1428: *Ὕψος· γεγονέναι δ' αὐτό φασιν παρὰ τὸ ὄπτω, βλέπω, ὄψω, ὄψος καὶ τροπῇ Αἰολικῇ ὕψος. οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ πνευμάτων*: his enim nihil aliud docetur, quam Aeoles ŏ in *υ* mutare. Recte autem censuerunt Bentlejus et Hermannus Element. p. 28 *μεσύμνιον* illud *Ὑμήναον* extra versum esse; quamquam hi versus non sunt aeolici, sed heroici:

Ἴψοι δὴ τὸ μέλαθρον (Ὑμήναον) ἀέῤῥετε τέκτονες ἄνδρες (Ὑμήναον).

Sequuntur haec apud Hephaestionem: *Γαμβρὸς ἔρχεται ἴσος Ἄρηϊ,* quae aucta leguntur apud Demetrium: *Γαμβρὸς εἰςέρχεται ἴσος Ἄρηϊ, ἀνδρὸς μεγάλου πολὺ μείζων. πολὺ* enim pro *πολλῷ* recte legitur apud Casaubonum ad Theophrast. p. 253. Deinde illud *ἀνδρὸς* prorsus delendum censeo: unde ortum sit facile intelligitur: nam supra apud Demetrium pro *ἀέῤῥετε τέκτονες ἄνδρες* legitur *ἀείρατε τέκτονες*, omisso *ἄνδρες*. Satis autem aptum est *μεγάλου μείζων*, cui non dissimile est Sapphonis illud *χρυσῶ χρυσοτέρα* fr. 96. *Ἄρηϊ* autem alienum est a poeta aeolico: debebat enim *Ἄρευι* dici ab aeolico *Ἄρευς*. Chaerobosc. Bekk. Anecd. III p. 1540: *Ἄρευς· τὰ εἰς ευς ἀποβάλλουσι τὸ υ κατὰ τὴν γενικὴν χωρὶς τοῦ Ἄρευς Ἄρευος. τοῦτο γὰρ ἐφύλαξε τὸ υ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν, οἷον Ἄρευος στρατιωτέροις καὶ πάλιν· τὸ γὰρ Ἀρευϊ καταθανεῖν καλόν· καὶ πάλιν· Μίξαντες ἀλλήλοισιν Ἄρευα.* Sappho fr. 88 (sic enim legendum est)

- - - Ὁ δ' Ἄρευς φασί κεν Ἄφαιστον ἄγην βίᾳ.

Eustathius ad Iliad. V p. 518, 35: Ἔσται δὴ καὶ Ἄρευς εὐθεῖα, ἥ τις παρ' Ὁμήρῳ μὲν οὐκ ἔστι, παρὰ δὲ Ἀλκαίῳ εὑρέθη, οὗ καὶ χρῆσιν προαγαγὼν (Herodianus) λέγει καὶ ὅτι βεβαρυτόνηται μόνον ἐκ πάντων τῶν εἰς ευς, ὡς Αἰολικόν. Αἰολέων γὰρ ἴδιον τὸ βαρυτονεῖν. Etymol. M. p. 198, 45: Τοιοῦτον δὲ τὸ Ἄρες Αἰολικῶς. κοινῶς γὰρ Ἄρης λέγεται. ubi pro Ἄρες legendum Ἄρευς. Eodem errore Gregor. Corinth. p. 613: Καὶ τὸ μὲν η εἰς ε τρέπουσιν, ὡς τὸ Ἄρης Ἄρες: lego: η εἰς ευ — Ἄρευς. Hic autem scribendum est Ἄρει vel Ἄρῃ. Ita Alcaeus fr. I, 1:

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ· πᾶσα δ' Ἄρει κεκόσμηται στέγη.

Ubi libri nonnulli Ἄρῃ vel Ἄρει. Et. fr. 9:

Σῶς Ἀλκαῖος Ἄρει.

Ita igitur hic versus legendus est:

Γαμβρὸς ἐσέρχεται ἶσος Ἄρῃ, μεγάλω πολὺ μείζων.

Adjungendus autem videtur his versibus alius apud Demetrium de eloc. 146 (fr. 69) Ἐκ δὲ παραβολῆς καὶ ἐπὶ τοῦ ἐξέχοντος ἀνδρὸς ἡ Σαπφώ φησιν·

Πέῤῥοχος, ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν.

Quae optime conveniunt sponso. Tale igitur fuerit carmen:

Ἴψοι δὴ τὸ μέλαθρον ἀέῤῥετε τέκτονες ἄνδρες·
Γαμβρὸς ἐσέρχεται ἶσος Ἄρῃ, μεγάλω πολὺ μείζων,
Πέῤῥοχος, ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν.

Quos versus canebant, ut conjicio, pueri; totum enim illud epithalamium alternatim a choro puerorum et puellarum canebatur, sicut factum est in Catulli carmine LXII. Et puellarum quidem choro tribuendum censeo venustissimum illud fragmentum

Οἷον τὸ γλυκύμαλον ἐρεύθεται ἄκρῳ ἐπ' ὕσδῳ
Ἄκρον ἐπ' ἀκροτάτῳ· λελάθοντο δὲ μαλοδροπῆες,
Οὐ μὰν ἐκλελάθοντ', ἀλλ' οὐκ ἐδύναντ' ἐφικέσθαι.

Sapphonis puto fragmentum esse egregium illud apud Deme-

trium de elocut. c. 106: *Τὸ δὲ ἐπιφώνημα καλούμενον ὁρίζοιτο μὲν ἄν τις λέξιν ἐπικοσμοῦσαν. ἔστι δὲ τὸ μεγαλοπρεπέστατον ἐν τοῖς λόγοις· τῆς γὰρ λέξεως ἡ μὲν ὑπηρετεῖ, ἡ δὲ ἐπικοσμεῖ· ὑπηρετεῖ μὲν ἡ τοιάδε·*

Οἴαν τὰν ὑάκινθον ἐν οὔρεσι ποίμενες ἄνδρες
Ποσσὶ καταστείβουσι.

Ἐπικοσμεῖ δὲ τὸ ἐπιφερόμενον τό·
Χαμαὶ δέ τε πορφύρον ἄνθος.

Post *ἄνθος* quaedam omissa sunt: haec quoque ejusdem epithalamii, et a puellis cantata esse videntur. Cum hyacintho novam nuptam etiam Catullus comparat LXI, 91:

Talis in vario solet
Divitis domini hortulo
Stare flos hyacinthinus.

Comparari etiam possunt, quae idem dicit LXII, 39:

Ut flos in septis secretus nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber:
Multi illum pueri, multae optavere puellae:
Idem quom tenui carptus defloruit ungui,
Nulli illum pueri, nullae optavere puellae.

Sappho fr. 76 ita scribendum est:

Ἔστι μοι καλὰ πάϊς, χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν
Ἐμφέρην ἔχοισα μορφὰν Κλαΐς ἀγαπατά.

Vulgo legitur *ἐμφερῆ* hiatu vix ferendo: restituenda erat terminatio aeolica. Choeroboscus in Bekk. Anecd. III p. 1233: *Εἰ δὲ ὀξύνεται ἡ εὐθεῖα, αἱ εἰς ην λήγουσαι αἰτιατικαὶ ἀπὸ γενικῶν εἰς ους ληγουσῶν οὖσαι βαρύνονται διὰ τὸ τοὺς Αἰολεῖς κεχρῆσθαι ταύταις ταῖς αἰτιατικαῖς· δυσμένην γὰρ λέγουσι καὶ κυκλοτέρην καὶ εὐρυνέφην, εὐθειῶν ὀξυνομένων, οἷον ὁ δυσμενὴς, ὁ κυκλοτερὴς, ὁ εὐρυνεφής.* Etym. M. p. 675, 29: *Πλειάρειν·* (l. *πλείρειν*) *τὸν γὰρ πλήρην* (*πλήρη*) *οὗτος ἔφη πλειάρειν* (*πλείρειν*)*· οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὸ*

η εἰς ει δίφθογγον μεταβάλλουσι. τὸ γὰρ πένης πένεις λέγουσιν. Sappho ipsa fr. 29: —

Ἀλλά τις οὐκ ἐμμὶ παλιγκότων
Ὀργάν, ἀλλ᾽ ἀβάκην τὰν φρέν᾽ ἔχω.

Sapphonis esse puto fragmentum apud Apollon. de syntaxi p. 246, quod sic corrigo:

Αἴθ᾽ ἐγὼ χρυσοστέφαν᾽ Ἀφροδίτα
Τόνδε τὸν πάλον λαχόην. υ - υ

Vulgo legitur *λαχοίην*, sed emendationem meam et metrum commendat et Etymol. M. p. 558, 28 confirmat: *Λαχόην· ἔστι λάχοιμι, λάχοις, λάχοι. τοῦτο γίνεται κατὰ πλεονασμὸν τοῦ η ἀττικῶς λαχοίη, εἶτα προσθέσει τοῦ σ λαχοίης, καὶ τροπῇ τοῦ σ εἰς ν γίγνεται τὸ πρῶτον· καὶ ἀποβολῇ Αἰολικῇ τοῦ ι λαχόην.*

Alcaeus Fr. 12 ed. Matthiae: *Ἄνδρες γὰρ πόλεως πύργος ἀρήιος.* Particula *γὰρ* haud dubie a scholiasta adjecta est propter similitudinem versus Aeschylei: *Ἀνδρῶν γὰρ ὄντων ἕρκος ἐστὶν ἀσφαλές*, et omissa est ab aliis, qui Alcaei versu utuntur. Recte autem vidit Guil. Dindorfius ad Aristidem T. I p. 791: *Ἐὰν ὦ μακάριοι τοῦ θαυμάζειν τοὺς λίθους ἀνῆτε μικρόν τι, καί νομίσητε πλείονος ἀξίους ὑμᾶς αὐτοὺς τῶν οἰκοδομημάτων, καὶ πιστεύσητε ἀληθὲς εἶναι τὸ πάλαι τοῦτο, ὡς ἄρα οὐ τείχη, οὐδὲ ᾠδεῖα, οὐδὲ στοαί, οὐδὲ ὁ τῶν ἀψύχων κόσμος αἱ πόλεις εἶεν, ἀλλ᾽ ἄνδρες εἰδότες αὐτοῖς θαῤῥεῖν*, fragmentum hoc cohaerere cum praecedenti. Sed non probanda videtur Matthiae sententia, qui Alcaei quaedam servata putat in his Aristidis verbis T. II p. 273: *Μόνος δέ μοι δοκεῖ πάντων ἀνθρώπων ἢ κομιδῇ γε ἐν ὀλίγοις δεῖξαι Θεμιστοκλῆς ἀληθῆ τὸν λόγον ὄντα, ὃν πάλαι μὲν Ἀλκαῖος ὁ ποιητὴς εἶπεν, ὕστερον δὲ οἱ πολλοὶ παραλαβόντες ἐχρήσαντο, ὡς οὐ λίθοι, οὐδὲ ξύλα, οὐδὲ τέχνη τεκτόνων αἱ πόλεις εἰσίν, ἀλλ᾽ ὅπου ποτ᾽ ἂν ὦσιν ἄνδρες αὐτοὺς σώζειν εἰδότες, ἐνταῦθα τείχη καὶ πόλεις.* Nihil

enim in his est, quod ad Alcaeum jure possit referri: neque in altero loco Aristidis II p. 821: *Δι' ἃ πάντα χρὴ καὶ τὸ συμβεβηκὸς ἐνεγκεῖν ὡς πρᾳότατα, καὶ τῶν δευτέρων ἐῤῥωμένως ἀντέχεσθαι, καὶ τὸν λόγον βεβαιῶσαι, ὅτι οὐκ οἰκίαι καλῶς ἐστεγασμέναι, οὐδὲ λίθοι τειχῶν εὖ δεδομημένοι, οὐδὲ στενωποί τε καὶ νεώρια ἡ πόλις, ἀλλ' ἄνδρες χρῆσθαι τοῖς ἀεὶ παροῦσι δυνάμενοι;* omnia sunt ex Alcaeo depromta, si discesseris ab his verbis: *οὐδὲ λίθοι τειχῶν εὖ δεδομημένοι.* Ita enim Alcaeus scripsisse videtur:

- v - v v - v v *Οὐ λίθοι*
Τειχῶν εὖ δεδομαμένοι,
Ἀλλ' ἄνδρες πόλεως πύργος ἀρήϊοι.

Alcaeus Fr. 27: *Ὕει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐκ δ' ὀρανῶ μέγας*
Χείμων, πεπάγασιν δ' ὑδάτων ῥοαί.

Pro *ἐκ δ' ὀρανῶ* alii legunt *ἐν δ' ὀρανῷ*, sed alteram lectionem satis confirmat Theocritus, qui hos Alcaei versus imitatus est XXII, 10:

Οἱ δὲ σφέων κατὰ πρύμναν ἀείραντες μέγα κῦμα,
Ἠὲ καὶ ἐκ πρώραθεν, ἢ ὅππᾳ θυμὸς ἑκάστου
Ἐς κοίλαν ἔῤῥιψαν, ἀνέῤῥηξαν δ' ἄρα τοίχους
Ἀμφοτέρως· κρέμαται δὲ σὺν ἱστίῳ ἅρμενα πάντα,
Εἰκῆ ἀποκλασθέντα· πολὺς δ' ἐξ οὐρανοῦ ὄμβρος,
Νυκτὸς ἐφερποίσας· παταγεῖ δ' εὐρεῖα θάλασσα.

Alcaeus fr. 28 A. Proclus ad Hesiod. Opera v. 584 haec scribit: *Τοιαῦτα δὲ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ᾄδειν·*

Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.
Ἁ δ' ὥρα χαλεπά,
Ἀχεῖ δ' ἐκ πετάλων τάδε ἂν τέττιξ.
Ἀνθεῖ δὲ καὶ σκόλυμος, νῦν δὲ μιαρώταται γυναῖκες,
Λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γόνατα Σείριος ἄζει.

Proclus cum haec Alcaei verba ex antiquis commentariis exscriberet, plura omisit: ut post *ἁ δ' ὥρα χαλεπὰ* neglexit haec: *πάντα δὲ δίψαισ' ὑπὸ καύματος*, ita etiam post *τέττιξ*

quaedam omissa esse, metrum satis arguit. Blomfieldus *ὑπὸ τῶν πτερῶν*, Seidlerus *πτερύγων ὕπο* addenda censuit: mihi plura excidisse videntur. Sed si recte conjicio, ipsa Alcaei verba sunt servata apud Demetrium de elocutione c. 142: *Γίνονται δέ καὶ ἀπὸ λέξεως χάριτες, ἤγουν ἀπὸ μεταφορας, ὡς ἐπὶ τοῦ τέττιγος· Πτερύγων δ' ὑποκακχέει λιγυρὰν ἀοιδάν, ὅ τι ποτ' ἂν φλόγιον καθέταν ἐπιπτάμενον καταυδείη.* Quae cum poetae nomine non adjecto citentur, Sapphoni viri docti tribuerunt, quia alias fere Demetrius exemplis ex Sapphone petitis utatur: sed mihi multo veri similius videtur ea ex hoc ipso Alcaei carmine esse deprompta: et deprehenduntur in his satis aperta vestigia choriambici metri. Initium fragmenti ita restituendum videtur: *Πτερύγων δ' ὕπο*

Κακχέει λιγυρὰν πυκνὸν ἀοιδάν, υ υ ὁππόταν

Adjeci *πυκνὸν*: manifesto enim Alcaeus imitatur Hesiodum Oper. v. 583:

Ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τέττιξ
Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν
Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ.

Sequentia verba difficillima sunt emendatu, sed hoc satis apparet eandem iis inesse sententiam, quam Hesiodeis: *θέρεος καματώδεος ὥρῃ*. Ultima verba Goettlingius Alcaei esse negat, et tribuit comico, ita constituta:

Ἀνθεῖ δὲ καὶ ὁ σκόλυμος, νῦν δὴ μιαρώταταί εἰσι γυναῖκες,
Λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει.

Sed sunt haec quoque Alcaei, quod confirmat Plinius Hist. N. XXII, 43: ubi de scolymo loquitur: „Venerem stimulare in vino, Hesiodo et Alcaeo testibus: qui florente ea cicadas acerrimi cantus esse, et mulieres libidinis avidissimas, virosque in coitum pigerrimos scripsere, velut providentia naturae hoc adjumento tunc valentissimo.“ Pro *γόνατα* scripsi *γόνα*. Stephanus Byz. v. *Γόννοι*: *Γόνα γὰρ οἱ Αἰο-*

λεῖς τὰ γόνατα. ubi codices duo: *γόννα*; utrumque dixerunt Aeoles, sicut *ὄρανὸς* et *ὄῤῥανὸς* pro *οὐρανός*, *βόλομαι* et *βόλλομαι* pro *βούλομαι*. Totum igitur carmen ita fere legendum:

Τέγγε πνεύμονα Fοίνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται,
Ἁ δ' ὥρα χαλεπά· πάντα δὲ δίψαισ' ὑπὸ καύματος.
Ἀχεῖ δ' ἐκ πετάλων Fαδέα τέττιξ, πτερύγων δ' ὕπο
*Κακχέει λιγυρὰν πυκνὸν ἀοιδὰν * * ὁππόταν*
Φλόγιον καθέταν ἐπιπτάμενον καταυδείῃ.
Ἀνθεῖ δὲ σκόλυμος· νῦν δὲ γυναῖκες μιαρώταται,
Λεπτοὶ δ' ἄνδρες, ἐπειδὴ κεφαλὴν καὶ γόνα Σείριος
Ἄζει.

Alcaeus fr. 32. Athenaeus XV p. 687 d: *Καὶ ὁ ἀνδρειότατος δὲ, προσέτι δὲ καὶ πολεμικὸς ποιητὴς Ἀλκαῖος ἔφη· κάδδ' ἐχεύσατο μύρον ἀδύ καττῶ στήθεος ἄμμι.* Hoc fragmentum Matthiae putat idem esse cum eo, quod Plutarchus Sympos. III, 1. affert: *Διὸ μάλιστα τοὺς ἀνηθινοὺς* (ita vere Blomfieldus correxit) *ἐκ τῶν τραχήλων καθάπτοντες ὑποθυμίδας ἐκάλουν, καὶ τοῖς ἀπὸ τούτων μύροις ἔχριον τα στήθη. Μαρτυρεῖ δὲ Ἀλκαῖος κελεύων καταχέαι τὸ μύρον αὐτοῦ κατὰ τᾶς πολλὰ παθοίσας κεφαλᾶς καὶ τῶ πολιῶ στήθεος.* Sed mirum profecto esset, si Athenaeus, qui fere semper integris poetarum locis utitur, hic quidquam praetermisisset: praesertim cum nihil indicet quidquam deesse: nec numeri iidem esse videntur. Existimo igitur utrumque diversorum carminum fragmentum esse. Et in priore quidem ferri non potest *καδδὲ χεύσατο μύρον ἄμμι*, ut Matthiae vere monuit. Codex C hanc praebet lectionem: *καδδεχεύατο*, quae proxime accedit ad veram scripturam: legendum enim est:

Κὰδ δὲ χευάτω μύρον ἀδὺ κατ τῶ
Στήθεος ἄμμι.

Iam vero hoc conjungendum puto cum fragmento sequenti (33) hoc modo:

Ἀλλ' ἀνήτω μὲν περὶ ταῖσι δέῤῥαις
Περθέτω πλεκταὶς ὑποθυμίδας τις,
Κὰδ δὲ χευάτω μύρον ἀδὺ κατ τῶ
Στήθεος ἄμμι.

Ita integram Sapphicam stropham habemus, qua Alcaeus quoque, rarius tamen ut videtur, usus est, sicut hymnum in Mercurium eo metro conscripsit fr. 22:

Χαῖρε Κυλλάνας ὁ μέδεις· σὲ γάρ μοι. Adde fr. 15:
Αἰ δέ κ' ἄμμι Ζεὺς τελέσῃ νόημα.

Versu primo utrum scribatur *περὶ ταῖσι δέρραις* an *περὶ ταῖς δέραισι* nihil interest: *δέῤῥα* Aeolensibus proprium esse affirmat Etymol. M. p. 262, 52: *Δειρή· ἐκ τοῦ δέρω δέρη καὶ πλεονασμῷ τοῦ ῑ δειρή — οἱ μέντοι Αἰολεῖς δέῤῥη λέγουσιν.* et p. 663, 46: *Περιδέραιον* (voluit *περιδέῤῥεον*) *περιτραχήλιος κόσμος, ἀπὸ τοῦ δέῤῥη Αἰολικῶς, ὃ σημαίνει τὸν τράχηλον. ὁ δὲ Ὧρος ὁ Μιλήσιος διὰ τῆς ια διφθόγγου γράφει καὶ ἑνὸς ῥ· ᾧ μᾶλλον πειστέον. δέρα* dixit Sappho:

Κἀπαλαὶς ὑποθυμίδας
Πλεκταὶς ἀμπ' ἀπαλᾷ δέρᾳ.

Scripsi ibi *κἀπαλαὶς* pro *καὶ πολλαὶς*, quod parum aptum. Ceterum et in hoc Alcaei versu et in fragmento Sapphonis apud Athen. XV p. 674 e codices omnes habent *ἀννήτω;* quod Guilelmus Dindorfius Aristophani feliciter restituit, sed apud Alcaeum et Sapphonem haec forma propter metrum admitti nequit. Sapphonis versus est:

Ὄρπακας ἀνήτω συνεέῤῥαισ' ἀπαλαῖσι χερσὶν.

Suspicor utroque in loco scribendum esse: *ἀνήττω*: quam verbi formam satis tuetur Grammaticus in Bekk. An. I p. 403, 3: *Ἄννηττον. τὸ ἄννηττον ἐν τοῖς δύο νν καὶ δύο ττ.* Quamquam *ἄννηττον* vix puto in usu fuisse, sed Attici dixerunt *ἄννηθον*, Aeoles *ἄνηττον*. Cf. Pollux VI, 107: *Ἀνακρέων δὲ καὶ μύρτοις στεφανοῦσθαί φησι, καὶ κοριάννοις, καὶ λύγῳ, καὶ Ναυκρατίτῃ στεφάνῳ — καὶ ἀνήττῳ, ὡς καὶ*

Σαπφω καὶ Ἀλκαῖος. Ut autem hic errore librarii scripserunt *ἀννήτω*, ita etiam peccatum est in Grammatico apud Koenium ad Gregor. Corinth. p. 588 ed. Schaefer: *Χαλινὸς διὰ τοῦ ῐ γράφεται· ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖς Χάλιννος λέγουσιν, ὥσπερ ὅμιλλος*: quod in errorem induxit Koenium: dicunt Aeoles *χαλιννός*, sicut *σελάννα*, non quod grammatici perhibent, *σελλάνα*.

Alterum Alcaei fragmentum, quod apud Plutarchum legitur, ita fortasse constituendum est:

Κατ τᾶς πολλὰ παθοίσας κεφαλᾶς χεῦσον ἐμοὶ μύρον
Καὶ κατ τῶ πολιῶ στήθεος.

Est autem fortasse ex eodem carmine, cujus particula superest fr. 31:

Πίνωμεν· τί τὰ λύχν' ἀμμένομεν; δάκτυλος ἁμέρα

et quae sequuntur. Ceterum non potest id esse offensioni, quod tanta similitudo sententiae verborumque intercedat inter utrumque fragmentum, ita Alcaeus fr. 28 A dixit ipse:

Τέγγε πνεύμονα Fοίνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.

et in alio carmine nihilominus idem eodem modo repetiit:

Πίνωμεν· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται.

Alcaeus fr. 34: *Ἄλλοτε μὲν μελιαδέος, ἄλλοτε δ'*
Ὀξυτέρου τριβόλων ἀρυτήμενοι.

Ita scribendum puto: vulgo legitur *ἀρητύμενοι*, quod alii aliter emendaverunt. *Ἀρυτήμενοι* dictum est pro *ἀρυτόμενοι* vel potius *ἀρυτέμενοι*: Aeoles enim etiam in formis passivis et mediis verborum in *μι* desinentium servarunt vocalem longam. Etymol. M. p. 45, 51: *Ἀκαχήμενος, λυπούμενος. ἰστέον ὅτι τὸ ἀκαχήμενος, ἐπεὶ ὤφειλε παροξύνεσθαι, ὡς το πεποιημένος, οὐκ ἔστι παρακείμενος. ἀλλ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ ἀκάχω. ἀκάχημι· ὁ παθητικὸς ἐνεστώς, ἐκάχημαι· οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὴν παραλήγουσαν οὐ συστέλλουσι. καὶ ἡ μετοχὴ ὁ ἀκαχήμενος.* et p. 56, 32: *Ἀλλαλήμενος. ἰστέον ὅτι τὸ ἀλαλήμενος καὶ ἀκαχήμενος οὐκ εἰσὶ παρακείμενοι. ἐπεὶ ὤφειλον παροξύνεσθαι, ὡς τὸ πεποιημένος. ἀλλ' ἔστιν ἀλῶ, ἄλημι.*

ἀκαχῶ, ἀκάχημι, ἐνεστῶτες. ὁ παθητικὸς ἀκάχημαι καὶ ἀλάλημαι Αἰολικῶς· οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὴν παραλήγουσαν οὐ συστέλλουσιν. καὶ ἡ μετοχὴ, ἀλαλήμενος καὶ ἀκαχήμενος. ibidemque l. 49: *οὕτω δὲ ἐνεστὼς ἐστιν ἀλυκτῶ, οὗ παράγωγον εἰς μι ἀλύκτημα. οὗ παθητικὸς αἰολικῶς ἀλύκτημαι· ἐκεῖνοι γὰρ οὕτω ποίημαι καὶ νόημαι λέγουσι, καὶ ἐν διπλασιασμῷ ἀλαλύκτημαι.* Ita dixit Alcaeus fr. 2, 3:

Ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον
Naῒ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ.

Theocrit XXVIII, 5:

Τυῖδε γὰρ πλόον εὐάνεμον αἰτήμεθα πὰρ Διὸς

et XXIX, 30:

Κἄμμες βαρδύτεροι τὰ ποτήμενα συλλαβῆν.

Sed non solum Aeoles, verum etiam Boeoti ita locuti esse videntur: nam apud Aristophanem in Acharnensibus v. 890 cum Elmslejo legendum est:

Καί σέ γε φανῶ πρὸς τοῖςδε.| ΒΟΙ. Τί ἀδικείμενος;

Neque vero offendendum est in forma *ἀρύτημι*: vulgo quidem existimant verba in *μι* desinentia ab iis tantum verbis, quae contracta dicuntur, formari posse, sicut censuit Apion. Apollonius de syntaxi p. 92: *Καὶ παρὰ Ἀλκαίῳ οἱ περὶ Ἀπίωνα τὸν μόχθον τὸ*

Κυλλάνας ὁ μεδεὶς

ἐν ῥήματος συντάξει ἤκουον. οὐ παραδεχόμενοι μετοχὴν τοιαύτην ἐκ βαρυτόνου ῥήματος, εἴγε τῆς τοιαύτης λήξεως οὐκ ἔχονται κατὰ τὸ κοινὸν ἐκ βαρυτόνων οὖσαι ῥημάτων ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ τοιοῦτον ἐδείκνυτο, ὡς καὶ περισπώμενον εἴη ῥῆμα τὸ μεδῶ, ἔνθα καὶ τὸ·

Δωδώνης μεδέων,

ἀφ' οὗ τὸ μέδημι, ὡς οἴκημι, Sed tamen Aeoles etiam ab iis verbis, quae semper barytona fuisse videntur, formarunt verba in *μι* desinentia. Ita Alcaeus ipse dixit *ἀχνάσδημι.* Etym. M. p. 181, 43: *Ἀχνάσδημι κακῶς· παρὰ Ἀλκαίῳ. ἔστιν ἄχω, παράγωγον ἀχάζω, ἀχάζημι. καὶ τροπῇ τοῦ ζ εἰς*

σ̄ καὶ δ πλεονασμῷ τοῦ ν ἀχνάσδημι. οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. Minus huc pertinet (nam formam *ἐρρῶ* olim exstitisse monstrat futurum *ἐῤῥήσω*) quod ibidem legitur p. 377, 19: *Ἐῤῥεντὶ παρὰ Ἀλκαίῳ. ἀπὸ τοῦ ἔῤῥω ἢ ἐῤῥῶ περισπωμένου, ἡ μετοχὴ ἐῤῥεὶς, ἐῤῥέντος· καὶ ὡς παρὰ τὸ ἐθέλοντος ἐθελοντί, οὕτω καὶ παρὰ τὸ ἐῤῥέντος ἐῤῥεντί.* Sed dixerunt Aeoles *φέρημι;* apud Sapphonem fr. 68

Ἕσπερε, πάντα φέρων ὅσα φαινόλις ἐσκέδασ' αὔως,

scribendum est ex Demetrio *πάντα φέρεις,* quod participium esse, non secundam personam (Neue: Vesper, qui omnia affers) censeo.

Alcaeus fr. 41. Aristoteles haec dicit: *Τὰ αἰσχρὰ αἰσχύνονται καὶ λέγοντες καὶ ποιοῦντες καὶ μέλλοντες, ὥσπερ καὶ Σαπφὼ πεποίηκεν εἰπόντος τοῦ Ἀλκαίου·*

Θέλω τί τ' εἰπῆν, ἀλλά με κωλύει

Αἰδώς.

Αἰδ' ἶκέ σ' ἐσλῶν, et quae sequuntur Sapphonis verba. Ita vulgo hoc Alcaei fragmentum dividitur, sed rectius, opinor, statuas, haec in unum versum conjungenda esse:

Θέλω τι Fειπῆν, ἀλλά με κωλύει αἰδώς.

vel *κωλύῃ αἰδώς,* quod per synizesin proferendum est, sicut Sappho dixit fr. I, 11:

Πυκνὰ δινῆντες πτέρ' ἀπ' ὠρανῶ αἰθέ —

Ρος διὰ μέσσω.

et, si recte emendavimus, fr. 41:

Ὁ μὲν γὰρ καλός, ὅσσον ἴδεῖν πέλεται ἀγαθός.

Versum autem ejusdem metri affert ex Alcaeo Hephaestion p. 80: *Τρίμετρον δὲ ἀκατάληκτον τὸ τούτου περιττεῦον συλλαβῇ τῇ τελευταίᾳ, καλούμενον δὲ ΑΛΚΑΙΚΟΝ ΔΩΔΕΚΑΣΥΛΛΑΒΟΝ, οἷον·*

Ἰόπλοχ', ἀγνά, μειλιχόμειδε Σαπφοῖ.

Qui versus, ut ego conjicio, fuit initium (solet enim Hephaestio fere semper primum versum adferre) illius ipsius car-

minis, quo utitur Aristoteles; sic autem haec fragmenta conjungo: Ἰόπλοχ᾽, ἁγνά, μειλιχόμειδε Σαπφοῖ,

Θέλω τι Fειπῆν, ἀλλά με κωλύει αἰδώς.

Ad Sapphonem fortasse illud quoque carmen scriptum fuit, cujus initium superest fr. 40:

Δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι.

Quibuscum compares Hermesianactem apud Athenaeum XV, p. 598 b:

Λέσβιος Ἀλκαῖος δὲ πόσους ἀνεδέξατο κώμους

Σαπφοῦς φορμίζων ἱμερόεντα πόθον,

Γιγνώσκεις. Et Sapphonis fragmentum 20 videtur ad Alcaeum scriptum esse:

Ἀλλ᾽ ἐὼν φίλος ἀμμέσιν,

Λέχος ἄρνυσο νεώτερον·

Οὐ γὰρ τλάσομ᾽ ἐγὼ ξυνοι-

Κῆν νέῳ, οὖσα γεραιτέρα.

Sappho enim aetate provectior, quam Alcaeus fuisse videtur.

Alcaeus fr. 47. Eustathius priore loco haec dicit: Ἀλκαῖος οὖν ἐκ πλήρους ἔφη τὸ κινήσας τὸν πήρας πυκινὸν λίθον, κωμικευσάμενος ἐκεῖνος, καὶ ἀντὶ τοῦ ἱερᾶς ὡς ἐν παρόδῳ (videtur voluisse scribere παρῳδῇ) γράψας τὸ πήρας: posteriore autem: Ὅθεν καὶ παροιμία κινεῖν τὸν ἀφ᾽ ἱερᾶς, λίθον δηλαδή. — Ἀλκαῖος δέ φησιν ἐκ πλήρους· νῦν δ᾽ οὗτος ἐπικρέκει κινήσας τὸν πείρας πυκινὸν λίθον. Ego vero puto Eustathium, ut alibi saepius, scriptura corrupta in errorem inductum esse. Alcaeus scripsisse videtur:

- - - υ υ Νῦν δ᾽ οὗτος ἐπικρετεῖ,

Κινήσας τὸν ἀπ᾽ ἰρᾶς πυκινὸν λίθον.

Ἐπικρετεῖ aeolicum est pro ἐπικρατεῖ, ut dicunt κρέτος pro κράτος: iidemque pro ἱερὸς dicunt ἰρὸς vel potius ἶρος. Gregor. Corinth. p. 589 ed. Schaefer. Τὸ ἱερὸν ἶρον: scripsi igitur τὸν ἀπ᾽ ἰρᾶς vel ἴρας.

Alcaeus fr. 49: Ἀχιλλεῦ, ὃς τᾶς Σκυθικᾶς μέδεις.

Haec si incorrupta essent, certe scribendum *μέδης*: ea enim forma est secundae personae apud Aeoles; sed corrigendum puto: *'Αχιλλεῦ ὁ τᾶς Σκυθικᾶς μέδεις.*
Μέδεις enim est participium a verbo *μέδημι*, ut ipse Alcaeus supra fr. 22: *Χαῖρε Κυλλάνας ὁ μέδεις· σὲ γάρ μοι.* Ita enim verissime Seidlerus hunc versum correxit. Et usitatum omnino in tali invocatione participium. Ita in veteri scolio apud Athen. XV p. 694 b:

Ὦ Πὰν, 'Αρκαδίας μέδων κλεεννᾶς,
'Ορχηστὰ Βρομίαις ὀπαδὲ Νύμφαις.

et Pindarus Partheniorum fragm. 2:

Ὦ Πὰν, 'Αρκαδίας μέδων καὶ σεμνῶν ἀδύτων φύλαξ.

Alcaeus fr. 50. Numeri, quos viri docti constituerunt, alienissimi sunt ab Alcaeo: lectionis autem diversitates sunt plurimae. Apud Diogenem enim scribitur: *Ὥς γάρ δή ποτ' 'Αριστόδαμον, ὅν φασιν οὐκ ἀπάλαμνον ἐν Σπάρτᾳ λόγον εἰπεῖν· χρήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δὲ οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλός.* Suidas: *Ὥς γάρ δή ποτ' 'Αριστόδαμόν φασιν ἐν Σπάρτᾳ οὐκ ἀπάλαμνον λόγον εἰπεῖν, χρήματα.* Plenius Scholiast. Pindari: *Ὥς γάρ δή ποτέ φασιν 'Αριστόδαμον ἐν Σπάρτᾳ λόγον οὐκ ἀπάλαμνον εἰπεῖν· χρήματ' ἀνήρ, πενιχρός δὲ οὐδεὶς πέλετ' ἐσλὸς οὐδὲ τίμιος.* Ita est hoc carmen digerendum:

Ὥς γάρ δήποτ' 'Αριστόδαμόν φασ' οὐκ ἀπάλαμνον ἐν Σπάρτᾳ λόγον
Εἰπῆν, χρήματ' ἀνήρ, πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πέλετ' ἐσλὸς οὐδὲ τίμιος.

Est enim magnificum illud metrum, quo usus est Alcaeus in fr. 1:

Μαρμαίρει δὲ μέγας δόμος χαλκῷ· πᾶσα δ' Ἄρει κεκόσμηται στέγη
Λαμπραῖσιν κυνέαισι, κατ τᾶν λευκοὶ καθύπερθεν ἵππιοι λόφοι,
Νεύουσιν, κεφαλαῖσιν ἀνδρῶν ἀγάλματα, χάλκεαι δὲ πασσάλοις

Κρυπτοῖσιν περικείμεναι λαμπραὶ κνάμιδες, ἄρκος ἰσχυρῶ βέλευς,
Θώρακές τε νέω λίνω, κόϊλαι δὲ κατ' ἀσπίδες βεβλημέναι·
Πὰρ δὲ Χαλκιδικαὶ σπάθαι, πὰρ δὲ ζώματα πολλὰ καὶ κυπαττίδες,
Τῶν οὐκ ἔστι λαθέσθ', ἐπειδὴ πρώτιστ' ὑπὸ ἔργον ἔσταμεν τόδε.

Idem metrum etiam fr. 46 esse videtur:

- - - υυ - υ - - *Βληχρῶν ἀνέμων ἀχείμαντοι πνοαί.*

et fr. 52:

- - - υυ - υ - *Γαίας καὶ νιφόεντος ὠρανῶ μέσοι.*

et in eo carmine, cujus initium atque finis servatur, fr. 59:

Πέτρας καὶ πολιᾶς θαλάσσας τέκνον υυ - υ - υ - υ -
- - *ἐκ λεπάδων* υ - *χαίνοισα φρένας ἁ θαλασσία λεπάς.*

Ita enim versus ille perobscurus scribendus videtur: sicut etiam fr. 60:

- - *Ἐκ δὲ ποτηρίων πῶ, νέοις Διννομένη παρίσδων* - υ -

Ita enim corrigendum puto vulgatam scripturam: *ἐκ δὲ ποτηρίων πώνης. Πῶ* (bibe) aeolicus est imperativus. Etymol. M. p. 698, 51: *Ἔστι δὲ καὶ ῥῆμα παρὰ Αἰολεῦσιν, οἷον·*

Χαῖρε καὶ πῶ,

ὅπερ λέγεται ἐν ἑτέρῳ σύμπωθι. τρίτης συζυγίας ἐστίν, ὡς μυρῶ, διδῶ. Πῶ, ὅταν γένηται πῶθι ἐπαύξησις ἐστίν, ὡς ζῆθι καὶ ζῶθι. Νέοις autem, nisi forte quis malit *νοῖς*, monosyllabon est, sicut Sappho fr. 20:

Ἀλλ' ἐὼν φίλος ἀμμέσιν
Λέχος ἄρνυσο νεώτερον.
Οὐ γὰρ τλάσομ' ἐγὼ ξυνοι-
Κῆν νέῳ εὖσα γεραιτέρα.

Cf. Guil. Dindorf. Praefat. Poet. Scenic. p. XXIII. Dinomenes autem quem hic compellat, is est, qui commemoratur fr. 70:

Ἦρ' ἔτι, Διννομένη, τῷ Τυρραδήῳ
Τἄρμενα λαμπρὰ κέοντ' ἐν Μυρσιλήῳ;

sicut ista emendavit Seidlerus.

Alcaeus fr. 65: Ἀργαλέον πενία κακόν, ἄσχετον, ἃ μέγαν
Δάμνησι λαὸν ἀμαχανίᾳ σὺν ἀδελφεᾷ.

Hi numeri non videntur Alcaeo convenire; rectius Gaisfordius eos sic constituit:

Ἀργαλέον πενία κακόν, ἄσχετον,
Ἃ μέγαν δάμνησι
Λαὸν ἀμαχανίᾳ σὺν ἀδελφεᾷ.

Nisi forte ita potius corrigendum est:

Ἀργαλέον Πενία κακὸν ἄσχετον, ἃ μέγα δάμνης
Λαὸν Ἀμαχανίᾳ σὺν ἀδελφεᾷ.

Paupertatem cum Inopia sorore tanquam deas alloquitur, plane ut Herodotus, Lesbium poetam, ut videtur, imitatus, VIII, 111: Θεοὺς δύο ἀχρήστους οὐκ ἐκλείπειν σφέων (i. e. Ἀνδρίων) τὴν χώραν, ἀλλ' ἀεὶ φιλοχωρέειν, Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην. Quibus simile in ipsa dissimilitudine est illud Theognidis v. 376: Πενίης
Μητέρ' ἀμηχανίην ἔλαβον.

Ceterum μέγα suppeditavit nunc codex apud Gaisfordium Versibus autem heroicis etiam Sappho usa est, sicut fr. 66:

χρύσειοι δ' ἐρέβινθοι ἐπ' ἀϊόνων ἐφύοντο.

Ita enim legendum: fr. 67:

Λατὼ καὶ Νιόβα μάλα μὲν φίλαι ἦσαν ἑταῖραι.

Quamquam hi duo versus etiam ad aeolicos hexametros referri possunt; fr. 78:

Ἕσπερε, πάντα φέρεις, ὅσα φαινόλις ἐσκέδασ' αὔως.

Et heroicis versibus conscriptum fuit Sapphonis illud epithalamium, de quo supra diximus.

Alcaeus fr. 123. Καί τις ἐπ' ἐσχατιαῖσιν οἰκεῖς.

Οἰκεῖς nullo pacto ferendum, sed scribendum est οἶκις, ita enim Aeoles pro οἶκος dixerunt. Etym. M. p. 216, 47: Βύκχις, ὄνομα Αἰολικόν. παρὰ τὸ βάκχος, βάκχις καὶ βύκχις, ὡς ἵππος, ἱππίς, καὶ οἶκος οἶκις, καὶ τροπῇ τοῦ α εἰς υ, ὡς βάθος βυθις. Sed verius, ut puto, Ludovicus Dindor-

fius in Thesauro Steph. s. v. *Βάκχις* censet *Οἶκις* et *Ἴππις* fuisse nomina propria. Fortasse praestat ita corrigere hunc versum: *Καἴ τις ἐπ' ἐσχατιαῖσιν οἴκεις.*
h. e. *καὶ εἴ τις οἰκῶν.* *οἴκεις* participium est verbi aeolici *οἴκημι*, de quo dixit Apollon. de Syntaxi p. 92 ed. Bekker.

Alcaei fragmentum ab editoribus praetermissum legitur apud Scholiastam Pindari Olymp. X, 15: *ἀλέγων· ὑμνῶν. καὶ Ἀλκαῖος· οὐκ ἐγὼ λύκον ἐν Μούσαις ἀλέγω. παρὰ τὸ ἀλέγειν καὶ φροντίδα ποιεῖν,* ubi scribendum puto:

Οὐκ ἔγω Λύκον ἐν Μοίσαις ἀλέγω vel potius

- - - ⏑⏑ *Οὐκ ἔγων*

Ἐν Μοίσαις ἀλέγω Λύκον;

Lycus enim ille fuit puer amatus Alcaeo. Horatius Carm. I, 32. Ad eundem fortasse puerum referendum est id, quod Cicero dicit de Nat. Deor. I, 28: Naevus in articulo pueri delectabat Alcaeum: at est corporis macula naevus: illi tamen hoc lumen videbatur. Ibi cod. Paris. Fa. in periculo puerî, cod. Glogav. in pericle puero praebet. An forte scribendum: in Lyco puero?

Alcaeo tribuendum existimo duos versiculos apud Hephaest. p. 41:

Κέλομαί τινα τὸν χαρίεντα Μένωνα καλέσσαι,

Εἰ χρὴ συμποσίας ἐπόνασιν ἐμοί γεγενῆσθαι.

Neuius haec Sapphoni tribuit, sed multo melius conveniunt Alcaeo, qui puerum pulchrum ad convivium sibi adduci jubet. Eodem autem metro composuit Alcaeus aliud carmen argumenti simillimi fr. 28, 6:

Ἦρος ἀνθεμόεντος ἐπάϊον ἐρχομένοιο.

Ἐν δὲ κίρνατε τῶ μελιαδέος ὄττι τάχιστα

Κρατῆρα.

Alcaei fragmentum esse videtur, quod legitur apud Herodianum *περὶ μον. λέξ.* p. 23: *Πτάζω, ἔπταζον, ὡς τὸ· Ὄρνιθες ὠκὺν αἰετὸν ἐξαπτήνας φανέντα.* In quibus verbi *πτά-*

ζειν nullum est vestigium: locus hic ita videtur corrigendus esse: *Πτάζω, ἔπταζον, ὡς τό·*

Ἔπταζον ὡς ὄρνιθες ὠκὺν
Αἰετὸν ἐξαπίνας φανέντα.

Compares cum his Sophocl. Aj. 167:

Ἀλλ' ὅτε γὰρ δὴ τὸ σὸν ὄμμ' ἀπέδραν
Παταγοῦσιν ἅτε πτηνῶν ἀγελαί.
Μέγαν αἰγυπιὸν δ' ὑποδείσαντες
Τάχ' ἂν ἐξαίφνης, εἰ σὺ φανείης,
Σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι.

Idem Herodianus p. 26: *Ἤδη μέντοι Αἰολεῖς καί ἐν ἁπλῇ προφορᾷ διὰ τοῦ ῐ αὐτὸ ἀποφαίνονται· ὀψὶ γὰρ ἀρξάτω. ἴσως ἀναλογώτερον, ὡς δείκνυται ἐν τῷ περὶ ἐπιρρημάτων.* Seribo *Ὄψι γὰρ ἄρξατο.* Hoc Alcaeus de vento dixisse videtur; simillimus enim est comici alicujus versus apud Scholiastam Sophoclis Aj. 258: *ὡς γενομένων τινῶν σημείων ἐπὶ τοῖς πνεύμασιν, ὥστε παρατείνειν αὐτὰ ἢ ταχέως πεπαῦσθαι, οἷόν ἐστι καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ·*

Ἀλλ' ἔπεσε ταχέως, δειλινὸς γὰρ ἤρξατο.

Ὄψι autem potius quam *ὀψί* scribendum. Etymol. M. p. 646, 7: *Ἐκ τοῦ ὀψὲ γίνεται κατὰ μετάπλασμον ὄψι βαρύτονον.* Cf. Favorin. Eclog. p. 323, 29 ed. Dindorf.

Scripsi Lipsiae Calendis Sextil. MDCCCXXX.

Theodorus Bergk.

Annotationum in P. Ovidii Nasonis carmina

Particula I.

Annotationes in Tristia continens.

Trist. I, 1. 1.

Parve, (nec invideo) sine me, liber, ibis in Urbem —

In hoc versiculo quaeritur quomodo intelligendum sit illud *nec*. Atque ea quaestio pertinet ad multos Ovidii locos. Sic Epist. II, 79 de Ariadna dicit:

Illa (nec invideo) fruitur meliore marito —

Pont. I, 3, 41. 42.

Adsuetos tauri saltus, adsueta leones
(Nec feritas illos impedit) antra petunt.

Pont. IV, 6, 11. 12.

Occidis ante preces, causamque ego, Maxime, mortis
(Nec fueram tanti) me reor esse tuae.

Amor. III, 1, 21.

Fabula (nec sentis) tota iactaris in urbe.

Et sic aliis huius poetae locis compluribus. Interpretes ad hunc locum tacent, aut *nec* pro simplici negatione *non* positum censent, quod quomodo fieri possit non assequor. Ego in his et similibus locis omnibus tenere existimo vim propriam, ut neget et simul iungat; notionem iungendi autem additam esse ad interpositionem inducendam, quomodo etiam Germani dicimus: *Büchlein, du willst (und ich verweigere dir's nicht) allein nach der Stadt reisen —*. Eamque interpretationem confirmant haec exempla Maronis. Aen. III, 365.

Sola novum (dictuque nefas) Harpyia Celaeno
Prodigium canit.

Georg. II, 125. Atque eodem modo accipiendae voculae *nec* et *neque* cum alibi tum iis in locis, ubi ratio eorum, quae enuntianda sunt, praemittitur, ut Trist. III, 1, 7. 8.

Di, precor, atque adeo (neque enim mihi turba roganda est)
Caesar, ades voto, maxime Dive, meo.

Fast. III, 625.

Talia dicenti (neque enim spes altera restat)
Credidit, errores exposuitque suos.

Virg. A. I. 643. 644.

Aeneas (neque enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad naves praemittit Achaten.

Trist. II, 255—264.

Nil igitur matrona legat, quia carmine ab omni
Ad delinquendum doctior esse potest.

— — — — — — — — —

— — — — — — — —

Sumserit Annales: nihil est hirsutius illis:
Facta sit unde parens Ilia nempe leget.
Sumserit Aeneadum genetrix ubi prima, requiret,
Aeneadum genetrix unde sit alma Venus.
Persequar inferius, modo si licet ordine ferri,
Posse nocere animis carminis omne genus.

Annales v. 259 recentiores horum carminum editores et interpretes, Platz, Klein et Jahn cum Burmanno et aliis intelligunt Annales maximos sive Pontificum, vetustissimos illos historiae Romanae libros, quos incondita atque horrida oratione fuisse scriptos cum alii prodiderunt, tum Cicero in L. de Orat. II c. 12. Male, si quid ego video. Intelligendi sunt *Annales* Enni poetae. Cave tamen illa *nihil est hirsutius illis* de Ennii versibus ac sermone accipienda putes, quamvis asperam atque incomptam illius poetae fuisse orationem constet. Vid. Cic. Brut. c. XIX, Hor. Epist. II, 1, 50,

Ovid. Trist. II, 414, Amor. I, 15, 9, Stat. Silv. II, 7, 75, Aul. Gell. Noct. Att. XII, 2. *Hirsutos* Ovidius appellat Annales ab argumento, i. e. severos, gravitatis plenos nullisque deliciis ac nequitiis aspersos; uti e contrario carmina ludicra et lasciva ab eo passim *mollia* ac *tenera* dicuntur. Sed, opponunt, cur, si Annales Enni poeta intelligebat, non potius scribebat:

Sumserit Annales (nihil est hirsutius) Enni —

aut cur non carmen illud, cui nomen *Annales* erat, verbo significavit? Nimirum quia ex illis, quae sunt v. 255:

Nil igitur matrona legat, quia carmine ab omni —

atque ex totius loci conclusione illa v. 264:

Posse nocere animis carminis omne genus —

satis existimabat apparere, nil aliud nisi carmen intelligi posse. Nec felicius expedierunt grammatici, quinam liber intelligendus sit v. 261. Virgilii Aeneida intelligit Merula, adductus, ut videtur, vitiosa scriptura, quae nonnullos libros manu exaratos occupavit: *Aeneidem genetrix.* Burmannus cum Castal. Decad. I c. 5 intelligendos censet eosdem Annales maximos vel aliud opus, in quo Romanorum origo ab Aenea Troiano repetatur. Annales maximos intelligunt etiam Klein et Platz, quibus assentitur editor Lipsiensis, qui ita scripsit:

Sumserit: Aeneadum genetrix ubi prima, requiret, etc.

et loci sententiam statuit esse talem: *Si sumserit Annales: requiret, ubi* (quo loco) *prima Aeneadum genitrix sit* (legatur), *et* (*postquam Venerem invenerit, requiret*) *unde* (a quo) *Venus alma sit* (facta sit) *genitrix Aeneadum.* Qua interpretatione meo quidem sensu nihil potest esse contortius: certe simplicior erat: *Si sumserit Annales* (eum sc. locum), *ubi Aeneadum prima genitrix* (est, legitur); *requiret, unde alma Venus Aeneadum genitrix* (facta) *sit.* Ac praeterea scrupulum movere debent, ita si locus intelligitur, illa *persequar inferius — carminis omne genus*, quae nisi duo saltem libri, qui fieri perniciosi matronis possent, ante essent

nominati, vix commode dicerentur. — Ne pluribus morer, intelligendum est opus Lucretii, quod poeta per periphrasin eleganter significat, alludens ad primos carminis Lucretiani versiculos:

Aeneadum genetrix, hominum divomque voluptas,
Alma Venus, coeli subterlabentia signa etc.

Ac loci sensus hic est: (Si) *sumserit* (in manus carmen illud, quod talibus verbis: *Aeneadum genetrix*, incipit et) *ubi* (in quo itaque) *Aeneadum genetrix prima* (est, primum libri locum tenet, eaque statim alma Venus esse dicitur, h. e. si sumserit carmen Lucretii: statim', si matrona talium rerum studiosa est, cupide) *requiret*, *unde* (a quo viro) *alma Venus* (festive iterum ad Lucretiana illa alludit) *sit* (cum eadem festivitate, quae semel iam dixit, Lucretiana verba repetit) *Aeneadum genetrix.* De Nasonis elegantia alludendi pluribus diximus ad Epist. Heroid. P. I. p. LXXIV. Haec exempla sunt in secundo hoc libro Tristium. v. 533.

Et tamen ille tuae felix Aeneidos auctor
Contulit in Tyrios arma virumque toros —

v. 559.

Pauca (sc. hinc tibi iubeas legi), *quibus prima surgens ab origine mundi,*
In tua deduxi tempora, Caesar, opus. — — —

Trist. III, 1, 59—62.

Inde tenore pari gradibus sublimia celsis
Ducor ad intonsi candida templa dei,
Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis —

In summa Romanorum illa aetate, qua Naso fuit, luxuria marmora e diversissimis terris tam ad publica quam ad privata aedificia ornanda maximo sumtu Romam portabantur, laudanturque a scriptoribus *Parium* ex Paro insula (v. Hor. Od. I, 19, 5, II, 18, 4 ibique interpp., Ovid. Pont. IV, 8, 31, Virg. Georg. III, 34. Conf. Plin. IV c. 22), *Hymettium* ex Attica (Plin. XXXVI c. 3, Val. Max. IX c. 1, Hor. Od. II, 18, 3), *Phrygium* i. e. Synnadense ex Asia (Tibull. III,

3, 13, Hor. Od. III, 1, 41, Plin. XXXV c. 1, Strabo IX p. 437), *Carystium* ex Euboea insula (Tibull. III, 3, 13, Plin. XXXVI c. 7), alia. Atque erit, qui hoc Romanorum luxu memorato atque ita testimoniis veterum confirmato ad hunc locum explicandum satis fecisse putet, quum praesertim poeta generatim et universe, *peregrinis* dicens, loquatur; neque interpretum ullus adhuc ulterius quaesivit, praeter editorem Lipsiensem. Is enim illas porticus columnas de Pario marmore fuisse affirmat. Sed eam opinionem refellit Propertius, qui L. II, 31, 1 sqq. sic habet:

Quaeris cur veniam tibi tardior? Aurea Phoebo
Porticus a magno Caesare aperta fuit.
Tota erat in speciem Poenis digesta columnis,
Inter quas Danai femina turba senis.

Sive igitur vere ex Poeno marmore fuerunt, de quo ego nihil a veteribus proditum reperi, sive e lapide, qui apud Romanos in deliciis fuit, Numidico (Plin. V c. 2, XXXVI c. 8, Hor. Od. II, 18, 4 ibique interpp.) aut Aegyptio, certe non e Pario marmore fuisse apparet.

Trist. III, 7, 11. 12.

Tu quoque, dic, studiis communibus ecquid inhaeres,
Doctaque non patrio carmina more canis?

Ut quae sit ista Perilla, ad quam carmen hoc scriptum est, parum exploratum atque compertum habemus, ita quomodo illa *doctaque non patrio more carmina* (v. 12) sint intelligenda certatur. Iam *patrio more* non declarare *more Ovidii, patris*, manifestum est, cum Perilla Nasonis filia, ut olim falso creditum est, esse non potuerit, ut nuper in hoc *Museo* cum aliunde tum ex ipsa huius carminis ratione pluribus docuimus: Neque alium poetam Perillae patrem fuisse, a quo filia et genere et numeris diversa carmina composuerit, docet eadem ratio atque conformatio huius carminis. Vid. v. 15 et sqq. Cui accedit Ovidii consuetudo dicendi, qui appositum *patrius* fere constanter pro *patriae*, non *patris* usurpat;

quanquam hoc levius et infirmum est. *Non Romanorum more* parum probabiliter intellexerunt alii, quod ea aetate apud Romanos res insolens ac nova fuerit femina, quae carminibus faciendis operam navaret. Jahn intelligendum putat *non Latino sermone* sed *Graeco* idque confirmari existimat vss. 19. 20.

Ergo si remanent ignes tibi pectoris idem
Sola tuum Vates Lesbia vincet opus —

in quam sententiam alii etiam illud *docta* attulerunt. Ego malim de Lyricis carminibus intelligere, quod poematis genus Graecum itaque Romanis *non patrium* erat. Hor. Od. II, 16, 38.

Spiritum Graiae tenuem Camoenae. —

Nam quod Jahn opponit iam tum Horatii carmina exstitisse, primum cum Ovidius haec scriberet, haud ita diu erat, tum Horatii carmina erant vulgata, neque praeterea Graecae originis et esse hoc genus et haberi tum desierat, et quod probe tenendum et in hac quaestione valet, poeta illis *non patrio more* amicissimae poetriae blandiri voluit, ut eum probabile sit, dummodo Perillae placeret, haud magnopere cavisse, ne paullo insolentius dicere videretur. Quod autem v. 20 Perillam Lesbiae poetriae comparat, vereor, ne parum inde, eam quoque Graeca carmina scripsisse, efficiatur. Quemadmodum enim Homerus apud veteres pro summo poeta erat, ita ab iisdem tam Romanis quam Graecis, Sappho summa poetria habebatur: ut quo magis aliqua femina in poetica excelleret, eo propius ad Sapphus laudem accedere diceretur: atque ut Ennius, poeta Latinus, a veterum poetarum admiratoribus (Hor. Epist. II, 1, 50) *alter Homerus* vocabatur, ut Ponticus, qui et ipse Latina carmina scripsit, *primo Homero contendere* dicebatur (Propert. I, 7, 1); eodem modo Nasoni dicere licebat, quin Perilla Graece scriberet, a sola eam Lesbia superari. Tantum igitur abest, ut hic locus interpretationi Jahni unice faveat, ut eodem iure in no-

stram sententiam afferri possit, quam et illi loci Horatii et Propertii egregie confirmant. Illi denique, quibus appositum *docta* Graecorum carminum studium declarare visum est, non satis perspectum habuisse videntur poetae usum loquendi, a quo *docti* omnes dicuntur, qui in aliqua sive arte, sive doctrina, sive re quacunque, in qua ingenii vis cernitur, excellunt. Sic *doctus Pythagoras* Met. XV, 74, *doctus Germanicus*, *doctus Catullus*, poetae, Pont. IV, 8, 77, Amor. III, 9, 62, *docti poetae* sine discrimine Art. III, 551, *doctus Brutus*, *doctus Salanus*, oratores, Pont. II, 5, 15, I, 1, 24, *doctae artes* Daedali Met. IX, 743, *docta manus* sculptoris Fast. III, 832, *doctae manus* lyram pulsantis Amor. II, 4, 28, *docta brachia* texentium Met. VI, 60, al.

Trist. IV. Eleg. 5 poeta amico cuidam gratias agit, quod etiam exilii tempore firmus et constans in amicitia fuerit, oratque ut eandem sibi fidem atque amicitiam praestare pergat, multis additis pro salute eius votis, in quibus (vs. 27. 28)

Sic aequet tua nupta virum bonitate perenni,
Incidat et vestro rara querela tuo —

Quoties hunc locum lego, displicet mihi illud *rara querela*: quae scriptura mihi excogitata atque inventa videtur aut a moroso quodam *monacho*, qui locum magis ad vitam et experientiam, quam ad artem atque elegantiam exigeret, aut ab infelici quodam marito, qui ex dominae suae natura ac moribus de reliquis omnibus falso iudicans matrimonium esse nullum sine querela putaret. Certe poetae elegantiam si perspicio, cum semel optaret, viro amicissimo summum et maximum optavit, itaque scripsit:

Indicat et vestro n u l l a querela toro —

Atque eam scripturam vindicant Heinsii libri Mss. plurimi et quos ego inspexi prope omnes et antiquissima editio Parmensis. Eodem pertinet titulorum in sepulcris formula: *Vixerunt sine querela.*

Fast. V, 206.

Vim tamen emendat dando mihi nomina nuptae,
Inque meo non est ulla querela toro.

Trist. IV, 9, 1—4.

Si licet et pateris, nomen facinusque tacebo,

— — — — — — — —

Nostraque vincetur lacrimis clementia seris:
Fac modo te pateat poenituisse tui.

Displicent Burmanno illa *nostraque vincetur lacrimis clementia,* quia clementia non vincatur nisi delictis, itaque prorsus contrarium, quam quod orationis contextus postulet, dicatur. Cum quo consentiunt cum alii, tum nuperrimus Tristium editor, Jahn, qui opportune in eam sententiam attulit Trist. IV, 8, 39.

Ipsaque delictis victa est clementia (Augusti) *nostris* — Pont. II, 2, 121.

Victa tamen vitio est huius clementia nostro —

in quibus locis vere sensum contrarium habere, negabit nemo. Sed tamen sana et incorrupta est scriptura huius loci, et *clementia vincitur* utrumque habet sensum. Nam *clementia* in talibus locis fere pro adiectivo positum est, de more vere Latino, quem non opus est ut pluribus exemplis illustremus. Utrum vero quovis loco sensum habeat, ex eo pendet, num adiectivum *clemens* sit pro *licet, quamvis clemens sit;* (tum sane contrariam sententiam habet, ut locis iam allatis) an pro *cum, quia clemens sit, quae eius clementia est;* quae posterior ratio cadit in locum, de quo quaerimus, cuius haec sententia est: *et ego clemens cum sim, pro mea clementia vel quae est mea clementia lacrimis* (quamvis) *seris vincar, mitigabor.* Locum, in quo substantivum ita pro adiectivo positum est, habes statim in his ipsis carminibus. L. V, 6, 9 de Automedonte fidelissimo Achillis socio et auriga sic est:

Numquid Achilleos inter fera proelia fidi
Deseruit levitas Automedontis equos?

h. e. numquid fidus Automedon inter fera proelia, levis ὢν (sit venia voculae Graecae), *Achillis equos reliquit?*

Trist. V, 1, 71—73.

Ipse nec emendo (carmina), *sed ut hic deducta, legantur:*
Non sunt illa suo barbariora loco.
Nec me Roma suis debet conferre poetis —

In omnibus editionibus sic post *loco* puncto distinctum est. In qua scriptura miror editoribus non movisse scrupulum illud *nec*, minime hac servata interpunctione ferendum. Cave tamen cum paucis corruptissimis MSS. scribendum putes *non*: verum tu pone colon loco illius puncti, et totus locus planus erit: *Ipse nec emendo, sed* . . . *legantur*; *non* (enim) . . . *loco*: *nec Roma me* . . . . Pari modo interpunctione sanandus est versiculus V, 4, 23.

Platz et Klein ediderunt:

Te tamen, o! si quid credis mihi carior, ille,
Omnibus, in toto etc.

Jahn:

Te tamen, o si quid credis mihi, carior, ille,
Omnibus, in toto pectore semper habet.

Quarum scripturarum priorem vitio laborare, certe illud *carior* casum vocandi esse, nemo non videt. Nec prorsus integra est altera; quorsum enim illa exclamatio: *o si quid mihi credis*! aut quam habet vim? Comma ponendum post *o*, ut *o* iungatur verbo *carior*, ut statim v. 29 *o dulcior*, V, 14, 2 *o mihi me carior*. Vid. IV, 4, 1. IV, 5, 1. Ac ne in interpositione illa *si quid credis mihi* haereas. Fast. VI, 652.

Nunc ades, o, coeptis, flava Minerva, meis.

Verum alterum mendum huic loco inhaeret. In vulgata enim scriptura ambiguum relinquitur, cui amicus carior sit, utrum Epistolae (nam ipsa Epistola loquitur), an *domino* et *auctori* h. e. Nasoni, certe dativus desideratur. Ac vehementer displicet, quod verba adeo sunt dissipata atque distracta. *Te tamen, o, si quid credis mihi, carior, ille, omnibus, in toto p. s. h.* Sed illud vitium corrigunt emendatissimi libri, qui optime exhibent *illi* pro *ille*. Itaque locus sic erit scribendus:

Te tamen, o, si quid credis mihi, carior illi
Omnibus, in toto pectore semper habet.

V. Loers, Dr.

Oenopion und seine Sippschaft,

oder einige Andeutungen über die ältesten Spuren der Weincultur in Griechenland.

Der Dionysische Sagenkreis ist in neuer Zeit mit Recht in seiner wichtigen Beziehung auf die Culturgeschichte Griechenlands anerkannt worden, wovon die vielfachen, ebenso scharfsinnigen als gelehrten Bearbeitungen, welche dieser Gegenstand erfahren, das gültigste Zeugniß ablegen. Jedoch kann nicht unbemerkt geblieben seyn, daß die Behandlung und Erklärung dieses uralten Mythos eine mehr theologische Richtung genommen, während seine historische und physiologische Seite, die sich auf das innigste miteinander durchdringen, weniger Beachtung gefunden zu haben scheint. Gerade aber diese Beziehung des Mythos, wonach Dionysos als Symbol des Weins und der Weincultur überhaupt erscheint, dürfte als die ursprünglichste angesehen werden müssen, und verspricht, von diesem Standpunkt aufgefaßt, nicht nur die Grundlage für eine richtige Erklärung dieses Symbols nach allen seinen einzelnen Modificationen hin abzugeben, sondern auch über die Geschichte der Entwickelung griechischer Cultur in der ältesten Zeit die folgereichsten Aufschlüsse zu liefern, indem sich dabei ergeben wird, daß diesen fabelhaften Ueberlieferungen aus einer Urzeit Griechenlands weit mehr historische Momente zu Grunde liegen, als man bisher gemeint hat. Dieses als Beispiel an einem kleinen Abschnitt aus diesem so umfangreichen Sagenkreise zu zeigen, ist der Zweck gegenwärtiger Abhandlung, welche, von einer Stelle

des Pausanias ausgehend, die zwar ihrem Sinne nach im Allgemeinen richtig gedeutet worden, im Einzelnen aber bisher unverstanden geblieben und sogar noch, wie wir sehen werden, der kritischen Nachhülfe bedürftig ist, sich mit der daselbst nach dem Elegiker Jon aus Chios, in einer Schrift über sein Vaterland, erzählten Sage des Oenopion und der davon abhängigen Einführung der frühesten Weincultur auf der Insel Chios beschäftigen wird.

Der zu Grunde liegende Text bei Pausanias VII, 4, 6 lautet nach Siebelis: *Ποσειδῶνα ἐς τὴν νῆσον ἔρημον οὖσαν ἀφικέσθαι, καὶ νύμφῃ* 1) *τε ἐνταῦθα συγγενέσθαι, καὶ ὑπὸ τὰς ὠδῖνας τῆς νύμφης χιόνα ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν ἐς τὴν γῆν, καὶ ἀπὸ τούτου Ποσειδῶνα τῷ παιδὶ ὄνομα θέσθαι Χῖον· συγγενέσθαι δὲ αὐτὸν καὶ ἑτέρᾳ νύμφῃ, καὶ γενέσθαι οἱ παῖδας Ἄγγελόν τε καὶ Μέλανα· ἀνὰ χρόνον δὲ καὶ Οἰνοπίωνα ἐς τὴν Χῖον κατᾶραι ναυσὶν ἐκ Κρήτης, ἕπεσθαι δὲ οἱ καὶ τοὺς παῖδας Τάλον καὶ Εὐάνθην καὶ Μέλανα καὶ Σάλαγόν τε καὶ Ἀθάμαντα.* Man sieht leicht ein, daß dieser von Jon überlieferten einheimischen Sage von der ältesten Bevölkerung der Insel Chios eine Allegorie zu Grunde liegt, nach welcher die älteste Bevölkerung mit der Pflanzung und Bereitung des seiner Güte wegen berühmten Chierweins zusammenfällt, was gelegentlich auch schon von Andern angedeutet worden ist. 2) Oenopion, der Weintrinker, oder richtiger vielmehr der Weinmann, wie ihn Welcker Aeschyl. Trilogie S. 549 und O. Müller im Neuen Rhein. Museum II, 1 S. 16 nennen, der sonst nach der gewöhnlichen Sage als Sohn des Bacchos erscheint, 3) kommt mit seinen Söhnen, die gleichfalls, wie gezeigt werden wird, in Beziehung auf Wein und Weinbau stehen, nach Chios, und lehrte, wie Theopompos

1) Ist wohl dieselbe, welche Clemens Alex. Coh. ad gent. p. 20 a unter dem Namen Chione unter den Geliebten des Poseidon anführt.

2) S. Bach zu Kritias Fragm. S. 32.

3) Vgl. J. H. Voß Mythologische Forschungen, herausgeg. von Brzoska, Th. I S. 99.

nicht für die Geschichte der Griechischen Sprache allein ihre Wichtigkeit haben möchte. Drey von Herrn Ch. Lenormant im Jahre 1829 in Philä copirte Inschriften, zwey heidnisch und eine christlich, dienen die ausserordentliche Dauer des Isisdienstes in Philä, der nach Priscus, Marinus und Prokopius mehr als 160 Jahre nach der Abschaffung der Aegyptischen Religion durch Theodosius, bis in die andre Hälfte des sechsten Jahrhunderts fortbestand, zu bestätigen und drey andern früher bekannten christlichen Inschriften ihre Zeit nach Justinian anzuweisen. Alle diese Inschriften sind hier miteinander behandelt, da sie sich gegenseitig aufhellen und eine wichtige Thatsache feststellen; die schon edirten aber, ohne die Beziehungen, worin sie nun treten, keine Wichtigkeit zu haben geschienen hatten. Zuerst werden Text und Erklärung der heidnischen, und abgesondert Observations historiques, und dann eben so der christlichen, aufgestellt und ausgeführt. Die drey schon in dem Werke der Aegyptischen Commission und dann von Gau edirten Inschriften erhalten durch die Hrn. Lenormant verdankte Angabe der verschiedenen Stellen, wo sie am Pronaos angebracht sind, Aufschluß; sie beziehen sich nemlich auf die von den ersten Christen zur Heiligung dieser Orte vorgenommenen Verrichtungen (wo insbesondre p. 92 zu bemerken, wie man die Aegyptische crux ansata, als Deutung auf das christliche Kreuz, nachahmend beybehielt.) Die Auflösung der Sprache, durch Verwechslung der Casus, der tempora, der Construction der Präpositionen, lernen wir durch diese Documente immer deutlicher kennen.

Die dritte Abhandlung endlich beantwortet die Frage, ob der Arianer Theophilus, genannt der Indische, wirklich nach Indien durch den Kaiser Constantius, in Angelegenheit seiner Secte, geschickt worden? Sie hängt, wie die von der Sendung der Apostel Matthäus, Bartholomäus und Thomas nach Indien, von geographischen Untersuchungen ab, und durch solche beweist Hr. Letronne, daß auch das Indien des

Theophilus nicht das des Ganges sey, wie nicht bloß die älteren Kirchenhistoriker, sondern auch noch neuerlich Hohlenberg, Fuhrmann und Neander, die er anführt, annahmen, sondern daß Indien, als Heimath des Theophilus, irgend einen Punkt der Südküsten des rothen Meeres, es sey in Afrika oder in Arabien, bedeute, daß derselbe in Aethiopien auf einer Insel des rothen Meeres, wahrscheinlich auf der Insel Dahlak im Meerbusen von Adulis, geboren war.

Wenn ein großer Theil dieser Schrift zunächst die Kirchengeschichte angeht, so hat das Ganze auch für den Philologen Wichtigkeit, weil das Bemühen des Verfassers gerade darauf gerichtet ist, »die Philologie, wie er sich selbst ausdrückt, zu den Fortschritten der Geschichte dienstbar zu machen.« Alle Schriften von H. Letronne sind belehrend und erfreulich für den Philologen, was auch ihr Inhalt seyn möchte, durch die Schärfe seiner Kritik, durch Methode und Form. Vorzüglich jetzt wäre zu wünschen, daß sie mehr, als die Art ihrer Herausgabe gestattet, unter uns verbreitet seyn könnten, damit, während unter uns manche in einer geistreichen Oberflächlichkeit, unbestimmten Allgemeinheit und in der Vermeidung einer vermeyntlichen Pedanterey und einer Einrichtung für den Tag und für die Menge der gewöhnlicheren Französischen Weise nachzueifern scheinen, ein Französischer Gelehrten zum Muster der Genauigkeit und Erschöpfung der Sache dienen möchte. Nur selten ist uns zwar die Ausführlichkeit einer akademischen Abhandlung vergönnt, worin man gern den vollkommenen Kenner mit dem kleinsten Objecte sich so sinnig und gelehrt als behaglich beschäftigen sieht; auch würde die Fülle der in Frage gestellten Gegenstände bey uns eine Behandlung selten gestatten, welche die Ueberzeugung methodisch erzwänge und der Sachkenntniß oder der Selbstthätigkeit des Lesers nichts mehr hinzuzuthun übrig ließe. Aber eine vollständige Durcharbeitung der Sache, schärfste Beachtung aller Momente, welcher nichts geringfügig erscheint, gute Anordnung und Entwicklung, sichrer und

bedächtiger Schritt und Leichtigkeit und Klarheit in der Darstellung können überall statt finden. Die Inschriften dienen insbesondre sehr dazu den historischen Forscher auszubilden und zu der richtigen Art des Entdeckens und Erfindens zu gewöhnen. Sie üben nicht bloß wie andre Fragmente den Scharfsinn, indem sie so sehr wie diese gewöhnlich der Kritik und Ergänzung bedürfen; sondern sie sind an sich schon zum großen Theil Fragmente aus unvollständig oder noch gar nicht bekannten Verhältnissen der Dinge. Wie daraus Geschichte gemacht, Geographie und Alterthümer gewonnen werden könne, zeigte Hr. Letronne schon in seinem Werk über Aegypten unter der Griechischen und Römischen Herrschaft, welches übrigens bereits vor Jahren von ihm gänzlich umgearbeitet und sehr erweitert war, so daß wir der neuen Erscheinung desselben mit großen Erwartungen entgegenzusehn haben. In gegenwärtiger Abhandlung sehe man z. B. p. 72 s. wie durch Berechnung des Datum in einer Inschrift, des Aufenthalts und Geschäfts eines Protostolistes in Philä die Zeit des Isisfestes gewonnen werde, was wieder zu manchen andern Combinationen benutzt werden kann. In dem Memnon versucht Hr. L. mit großem Erfolg die Methode, welche zum Fortschritte der Naturwissenschaften so viel beygetragen hat, auf einen historischen Gegenstand anzuwenden. Wir sehen in dieser Schrift (p. 34), daß er von den Mythologen im Allgemeinen glaubt, sie nähmen es mit der Wahl der Quellen nicht sehr genau, wobey er doch den Verirrungen der Mythologie über Amenophis und Memnon, nachdem sie durch die Vermischung der Griechen in Aegypten selbst sich hatte täuschen lassen, ein größeres Gewicht beyzulegen scheint, als sie und viele andre gegenüber der auch in der Mythologie wach gewordnen Kritik bedeutet. Besteht er aber auf diesem Vorurtheil nicht, so hoffen wir ihn zu überzeugen, wenn wir sagen, daß auch mythologische, ja auch litterärhistorische, und ebenso sprachliche Probleme nach keiner andern Methode von manchen Deutschen Gelehrten behandelt werden, und daß wenn diesem Bestreben ungestörter Fortgang vergönnt bleibt, gewiß gar manche Gegenstände mehr innerlicher Art, unter dieser Behandlung, doch in so fern zu seiner meist auf äussere Merkmale beschränkten vortrefflichen Untersuchung Seitenstücke abgeben werden, als sie auf Gesetz, Analogie und Herleitung eines Unbekannten aus dem Bekannten, nicht nach Phantasie allein und nach Willkür, sondern nach Gründen, in streng haltbarer Form, beruhen. Die Mythologie wurde von Niebuhr in der Römischen Geschichte ein neblichtes Ge-

biet genannt. Aber auch die Memnonischen Inschriften, obgleich nun in einem einzigen Bande bequem überschaulich, werden jedem, der nicht unter Hrn. Letronnes Führung von allen Seiten der Sache ganz nahe getreten ist, immer noch neblicht zu bleiben fortfahren. Auch die entfernteren Zeiten der Geschichte Roms, selbst nach Niebuhrs Beleuchtung, nennt Göthe (an Zelter VI, 116) düstre Regionen, die er bis auf einen gewissen Grad deutlicher und klarer zu sehen, sich eigentlich nicht bestrebe. Die Mythologie läßt eine Schärfe und Entfaltung der Kritik und soviel Sicherheit und Reichthum zugleich der Resultate zu wie wenige andre Fächer der Alterthumsgelehrsamkeit.

Abhandlungen über Schriftsteller und Gegenstände des classischen Alterthums. Von Friedrich Jacobs. Leipzig in der Dykschen Buchhandlung 1834. 8. XXVI und 661 S. Der Vermischten Schriften fünfter, von Leben und Kunst der Alten vierter Theil.

Da diese Sammlung gediegener Untersuchungen in edler und gefälliger Form von allen Freunden des Alterthums, Gelehrten vom Fach und unterrichteten Lesern in weiteren Kreisen, nicht anders als wie die willkommenste Gabe aufgenommen werden kann, so würde Ref. es sich nicht einfallen lassen eine Fortsetzung, der Jedermann verlangend entgegen gesehen hat, hier anzuzeigen, wenn er nicht damit die öffentliche Bitte an den Verfasser im Namen gewiß von vielen Freunden desselben und der Alten zu verbinden gewünscht hätte, daß er die Sammlung mit diesem Bande nicht beschließen, sondern ihm bald noch einen sechsten nachfolgen lassen möge. Aus der Vorrede kann man schließen, daß dieß nicht gerade seine Absicht war; aber da es ihm an Stoff dazu so wenig als an Arbeitslust fehlt, er vielmehr nur aus zu strenger und vielleicht einseitiger Würdigung seiner bisher noch nicht aufgenommenen früheren Abhandlungen zu zögern scheint, so ist den Lesern erlaubt, zudringender zu seyn und die Wichtigkeit, welche für sie die Ausdehnung der Vermischten Schriften auf jene meist in den Charakt. der vornehmsten Dichter enthaltnen Arbeiten haben würden, gegen ihn selbst geltend zu machen. So viele sind jetzt thätig die Litteraturgeschichte der Alten, Gattungen, Charaktere, Verhältnisse und einzelne Stellen mit Scharfsinn und großer Belesenheit aufzuklären, daß man über die Vermehrung der Kenntniß unbesorgt seyn dürfte. Aber es ist nicht einerley, wer gewisse Urtheile und Ansichten ausspricht, auch nicht, wie sie abgefaßt seyen. Einen so

lang und in einem so weiten Umfange gelehrter und allgemeinerer Bildung so genau gekannten Schriftsteller würden wir auch dann noch über Griechische nnd Römische, auch neuere Dichter gern sprechen hören, wenn er überraschend neue Seiten oder übersehene Einzelnheiten, mit denen wir ohnehin jetzt reichlich versehn werden, dem Gegenstande nicht abgewänne, sondern uns nur im Zusammenhange wahrnehmen ließe, wie dieser von ihm aufgefaßt werde oder schon vor vielen Jahren beurtheilt worden sey. Die Schilderungen von Jacobs in den Nachträgen zu Sulzer beholten dadurch, daß vieles darin alt geworden ist, als Gemeingut und Bestandtheil unserer jetzigen Kenntniß der größten alten Dichter eine historische Wichtigkeit. Möchten diese Artikel auch nicht überall durch Zusätze und Noten bis auf das Neueste in dieser Litteratur fortgeführt oder damit ausgeglichen werden; der Geist und das Studium, woraus sie hervorgegangen, und die Jahre, worin sie geschrieben sind, werden dadurch immer klarer, vortheilhafter und erfreulicher bekannt werden. Auch aus Recensicnen, die in älteren Jahrgängen bändereicher Journale begraben liegen, würden Stellen oder Auszüge zur Aufbewahrung in der soweit glücklich ausgeführten Sammlung, die zu dauerndem Gebrauch und Vergnügen bewahrt bleibt, sich vermuthlich sehr wohl eignen, wenn der würdige Herausgeber sich dabey mehr in den Sinn und das Interesse des Publicums oder an die Stelle eines Philologen, der das Geschäft der Vervollständigung anstatt seiner auszuführen hätte, versetzen, als bloß nach schriftstellerischer Strenge und Selbstentäußerung verfahren wollte.

Die Horazischen Abhandlungen, welche die größere Hälfte des gegenwärtigen Bandes ausmachen, Erklärung und Rettung einzelner Stellen des Dichters, und mehr noch seiner Denkart und Gesinnung, vorzüglich gegen Wieland und Döring, sind von der größten Bedeutung für das reine Verständniß des Dichters und seiner Umgebung. »In den Gesinnungen des Alterthums, sagt der Vf. ist Offenherzigkeit eine herrschende Tugend. Heftigen Zorn, bittre Feindschaften, und was damit zusammenhängt, Schmähungen und schneidenden Spott finden wir in ihm überall: nicht aber jene kalte Bosheit, die unter dem Scheine des Wohlwollens verwunden will, schmeichelnd verhöhnt und mit treuherziger Miene persiflirt. Ich sehe keinen Grund, bey Horaz und seinen Werken hievon eine Ausnahme Statt finden zu lassen.« — »Es ist aber gar nicht gleichgültig, wenn in der Schule, in welcher Horaz seit Jahrhunderten einheimisch ist, und die in

allen ihren Beziehungen das Rechte und Edle lehren soll, durch eine nur allzu gewöhnliche Taschenspielerey das Schlechte zum Guten umgeprägt, und der Witz über die Redlichkeit gestellt werden.« — »Die Erklärung der Alten soll in der Jugend vor allen Dingen den Sinn für Wahrheit schärfen, und sie gegen Täuschung verwahren; alles andre, was die Schule geben kann, tritt gegen diese Wirkung in den Hintergrund. Nicht soll daher in ihr eitle Rechtgeberey gelten; nie sophistiche Kunst die Wahrheit verhüllen.« In dieser Polemik ist die mildeste Schonung mit Freymüthigkeit gepaart. Einer bequemen, nicht zu knappen Auseinandersetzung, voll Einsicht in die Welt überhaupt, in die Römische, in die einer höheren Griechisch-Römischen Bildung, folgen wir angezogen wie von der Gesellschaft und Unterhaltung eines einverstandenen Freundes; und das Gefällige und Unterhaltende verschafft gerade solchen aus philologischen und psychologischen, moralischen, ästhetischen Bestandtheilen zusammengesetzten und sich nothwendig etwas verwickelnden Fragen am meisten Eingang. Viele schöne Erklärungen und Winke sind auch kurz, an rechter Stelle, eingewebt, wie die Vertrautheit mit einem Dichter und die vielfältige Durcharbeitung eines Erklärungsstoffes es mit sich bringt. Ref. stimmt den Erklärungen einzelner Stellen, unter der gewandtesten und feinsten Entwicklung der Gründe, so wie den Bemerkungen über Absicht und Oekonomie der Episteln durchgängig so willig zu, daß er nur mit Mühe und Fleiß vielleicht einzelne Punkte herausfinden würde, worin er sein Urtheil von dem des Vfs. trennen könnte: und er muß hiezu bekennen, daß er nur in äußerst wenigen Schriften der Auslegung eine ähnliche Erfahrung macht. Zu der Vertheidigung des Dichters gegen Herabsetzung seines Geistes und Tadel seines politischen Charakters hat auch Rec. sich immer aufgefordert gefühlt, indem es ihm schien, daß eher Tadelsucht, Uebereilung und Misverständniß, Mangel an Unterscheidung und Uebersicht der Verhältnisse der Litteratur und der Zeiten als ein höherer Maßstab in Betreff jener oder ein besserer Begriff über Charakter und Angemessenheit im Leben den Unterschied in der Schätzung des Horaz ausmachen. Es ist nichts dabey verloren, daß der Vf. auf einige neuere Schriftchen, wie Salverte Horace et l'empereur Auguste ou observations qui peuvent servir de complément aux Commentaires sur Horace 1823, Charpentier Etudes mor. et hist. sur la littérature Romaine 1829, keine Rücksicht genommen hat. Die Erscheinung, daß der Freund des Mäcenas an der alten Attischen Komödie

hängt, von dem Sokratischen Sinne mehr als irgend ein Römer sich aneignet und behauptet, und daß er den Alkäos und den Archilochos nachahmt, den Simonides, Pindar und Platon las, während Alexandrinische Form und Gelehrsamkeit hochbegabten Dichtern der Zeit genügten, giebt mehr zu denken, als noch in neuester Zeit auch einige Deutsche Philologen, deren Urtheil über Horaz uns Anstoß gab, sich scheinen träumen zu lassen. Der Abschnitt S. 318—35 Horaz ein Apostat der Freyheit? ist die Blume dieser trefflichen Betrachtungen über den jetzt so verschieden beurtheilten Dichter. Den S. 185 erwähnten Scherz in der Schulzeitung 1828 St. 45, in Popes Ton die Conjecturalkritik mit Horaz spielen zu lassen, ist Rec. versucht dem Vf. der Lectiones Venusinae selbst zuzuschreiben.

Den andern Theil dieses Bandes füllen kleinere Aufsätze. Die Erklärung der schlafenden Ariadne, sonst Kleopatra, im Vatican (S. 465—444) vertheidigt der Vf. in einem Zusatze jetzt gegen R. Rochette in den Monum. inédits p. 25—29, der eine auf dem Pelion eingeschlafene Thetis, auf Anlaß des Armbandes, behauptete. Das absprechende und unkundige Urtheil eines Recensenten desselben verdiente kaum erwähnt zu werden. Bey einem Werke dieser Art ist die Frage über die Schicklichkeit eines Armbandes, Schlangenarmbands (ὄφις), am Unterarm oder Oberarm, einer Draperie und Unterlage wie diese, für eine Ariadne, eine Thetis, ziemlich müßig. Denn die Künstler dieser Stufe sahen, wie hier insbesondre die ganze kunstvoll verschwenderische Behandlung der Gewandung zeigt, mehr auf das, was zu ihrer Zeit geschmackvoll im Anzug und Putz erschien, als daß sie es mit mythologischer und symbolischer Gelehrsamkeit genau genommen hätten. In dieser Hinsicht beurtheilt man sie oft gar sehr unrecht. Auch Prof. Gerhard hat seitdem die herrschende Erklärung ausführlich bestritten in dem Vaticanischen Museum, einem Theile der Beschreibung der Stadt Rom II, 2, 175—77, und hier, so wie auch I, 310. 318, die herrliche Figur wieder für eine Nymphe erklärt (wie auch Quatremere de Quincy, Lettre à Canova p. 122), und es ist nicht zu läugnen, daß sie auch als Nymphe in einem Nymphäum aufgestellt an ihrem Orte seyn würde. Aber sowohl er als Hr. R. Rochette stritten nur gegen Visconti, nicht gegen die Entdeckung des Deutschen Gelehrten, die ihnen unbekannt geblieben war. Die ursprüngliche Beziehung der Statue zu der Gruppe der Perinthischen Münze, wovon jetzt auch ein in Nebendingen bemerkenswerther Abdruck der Mionnetschen Sammlung angeführt wird, ist zu augenscheinlich,

um dem, der diese und dazu die Gruppe von Megara vor Augen hat, den geringsten Zweifel füglich übrig zu lassen. Der Umstand, daß die Figur nicht in der ersten Blüthe der Jugend vorgestellt ist, würde als eine Eigenheit vielleicht auch dann uns erscheinen, wenn sie eine Nymphe oder Thetis vorstellen sollte.

Es folgt über eine Münze von Zankle, nach einem Exemplar in Gotha, welches das Emblem der Sichel, mit Anspielung auf den Namen der Stadt, vollständiger als die andern bekannten ausdrückt, und die bekannte Abhandlung über σκολιὰ ἔργα beym Strabo. Die Emendation Σκόπα ἔργα hat der Vf. ebenfalls vertheidigen zu müssen Anlaß gefunden, und er thut es, wie früher III, 476 kurz, so hier mit großer Geduld gegen das wunderlichste Gerede in den Wiener Jahrbüchern, und ausreichend auch gegen Bröndstedts Rechtfertigung der Vulgata, welcher ἁπλᾶ ἔργα bey Pausanias V, 17, 1 gegenüberstellt. Diese Erklärung fand auch in den Annali dell' instit. di archeol. 1830 II, 298 Beyfall, wo der weit näher liegende Gegensatz ὀρθὰ (ξόανα) angegeben und wenigstens die Deutung auf Gruppen im Gegensatze der Einzelfigur abgelehnt, unter ἔργον σκολιὸν aber une statue inclinée, onduleuse et remuée verstanden wird. Ref. hat sich schon früher für Σκόπα erklärt, in der Anzeige von Silligs Catal. artif. im Kunstblatte 1827 S. 326, wo zugleich bemerkt ist, daß auch Villoison in den Mem. de l'Instit. de France II, 146 der Aenderung Tyrwhitts beystimmte. Ganz gewiß hat auch Müller die Meynung Aeginet. p. 110, welche die Lessingsche ist, längst aufgegeben. Ehe man eine so durchaus wahrscheinliche Emendation verwarf, hätte man auch dieß noch bedenken sollen, ob Strabon der Schriftsteller sey, bey welchem man einen sonst unerhörten, also doch gewiß hier gesuchten Kunstausdruck, von so allgemeiner Bedeutung, daß er den ἀρχαίοις ξοάνοις gegenübersteht (welch ein Gegensatz aber, man möge aus σκολιὰ auch machen, was man wolle!), erwarten dürfe. Ja noch mehr; Strabon sagt nicht einmal, wie der Vf. (S. 487) gegen die angebliche Gruppirung anführt, daß der Latona zur Seite die Ortygia mit den Zwillingen auf den Armen gestanden habe; sondern nach dem Zusammenhange stand in einer der neueren Kapellen die Leto, in der andern die Ortygia. Ὄντων δὲ ἐν τῷ τόπῳ πλειόνων ναῶν, τῶν μὲν ἀρχαίων, τῶν τὲ ὕστερον γενομένων, ἐν μὲν τοῖς ἀρχαίοις ἀρχαῖά ἐστι ξόανα, ἐν δὲ τοῖς ὕστερον Σκόπα ἔργα, ἡ μὲν Λητὼ σκῆπτρον ἔχουσα, ἡ δὲ Ὀρτυγία παρέστηκεν, ἑκατέρᾳ τῇ

χειρὶ παιδίον ἔχουσα. Es sind die zwey Figuren angeführt, die in den (zwey) neueren, vermuthlich kleinen, Tempeln standen, und παρέστηκεν geht nur auf die Beziehung zwischen beyden Figuren, obgleich sie durch die jetzige Aufstellung getrennt waren, oder auch auf das Nebeneinander, welches auch noch so bestand. Uebrigens wollen wir auch das nicht übersehn, was Tzschucke bemerkt, daß nach Pausanias VIII, 45, 4 Skopas für Jonien und Karien viele Werke gemacht hatte. Man kann oft zweifelhaft werden, ob dem, welcher sich über geschichtliche Dinge aus den Quellen selbst gründlich zu belehren strebt, durch arge Fehler der Texte mehr Hinderniß in den Weg gelegt wird, oder mehr durch die Vertheidigungen derselben gegen einleuchtende Herstellung. Oder sind nicht z. B. die Deutungen σκολιὰ ἔργα »künstlichere Bildsäulen,« in Schneiders Wörterbuch, oder »ausgebildete, ausgerundete Bilder,« figures onduleuses, remuées, oder »gruppirte, über einander geschobene sich kreuzende Werke,« oder gar Basrelief, eine verzweifelte Art der Vertheidigung und zum Verzweifeln? Ref. gesteht, daß er die von seinem Freunde Bröndstedt zum Scherz aufgestellte Emendation ἔργα δέ ἐστιν Ἀγελάδα, für ἁπλᾶ, bey Pausanias für eine wirkliche, wenigstens ἁπλᾶ nicht für ein Kunstwort hält, und einen Künstlernamen darin versteckt, mit Bekker, ohne Anstand annimmt. Wir sagen nichts über das Olympium (S. 497—516), welches nach Plinius Phidias gemalt hat, weil über die Malerey der Tempelwände es sich zu neuen lebhaften Verhandlungen im Ausland eben anläßt. Die vortreffliche Abhandlung über die Orphischen Argonautika (S. 517—42) hat ehmals den Uebertritt F. A. Wolfs von seiner mit Voß ziemlich einstimmigen Ansicht zu der in ihr entwickelten sicher richtigen veranlaßt (S. XXIV. 530.) Die Abh. über die Perser des Aeschylus (S. 543—603) hat beträchtliche Zusätze in Bezug auf manche der späteren Erklärer erhalten. Der Prologus der Danae S. 607—35, dessen Unächtheit, von Bentley, Toup und Porson übersehen, gründlich erwiesen wird. Den Beschluß macht ein kleiner Aufsatz über die *Dirae* des Valerius Cato, der nach vierzig Jahren zum andernmal hier nicht im mindesten veraltet erscheint.

F. G. W.

Simonidis Amorgini
Jambi qui supersunt.

Ex tribus receptis Aristarchi judicio scriptoribus jamborum Quinctilianus (X, 1, 59) *ad ἕξιν*, sive firmam quandam facilitatem, *maxime pertinere* censet *unum Archilochum:* oratorem autem, ut assequatur illam firmam facilitatem, optimis assuescere, et multa magis quam multorum lectione formare mentem coloremque ducere jubet. Cicero tamen in ipso Oratore c. 1 *prima sequentem* ait *honestum esse in secundis tertiisque consistere. Nam in poetis non Homero soli locum esse aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro; sed horum vel secundis, vel infra secundos.* Secundum et tertium jamborum scriptorem, qui de Aristarchi sententia in ordinem venerunt, quamvis solum Archilochum commentariis illustravit, Proclus memorat, Grammaticus secundi seculi eruditus, in Excerptis ex Chrestomathia grammatica c. 7. *Ἰάμβων δὲ ποιηταὶ Ἀρχίλοχός τε ὁ Πάριος ἄριστος, καὶ Σιμωνίδης ὁ Ἀμόργιος ἢ ὥς ἔνιοι Σάμιος, καὶ Ἱππῶναξ ὁ Ἐφέσιος. ὧν ὁ μὲν πρῶτος ἐπὶ Γύγου, ὁ δὲ ἐπ' Ἀνανίου τοῦ Μακεδόνος, ὁ δὲ Ἱππῶναξ κατὰ Δαρεῖον ἤκμαζεν.* Eosdem inter se jungit Lucianus in Pseudologista c. 2. *Ταῦτά σοι καὶ αὐτὸς ἀπειλῶ, οὐ μὰ τὸν Δία τῷ Ἀρχιλόχῳ εἰκάζων ἐμαυτόν· πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δέω. σοὶ δὲ μυρία συνειδὼς ἰάμβων ἄξια βεβιωμένα, πρὸς ἅ μοι δοκεῖ οὐδ' ἂν ὁ Ἀρχίλοχος αὐτὸς διαρκέσαι, προσπαρακαλέσας καὶ τὸν Σιμωνίδην καὶ τὸν Ἱππώνακτα συμποιεῖν μετ' αὐτοῦ κἂν ἕν τι τῶν προσόντων σοι κακῶν.* Grammaticus cum Censorino edi solitus c. 9: *cum sint antiquissimi poetarum Homerus, Hesio-*

dus, Pisander, et hos secuti elegiarii Callinus, Mimnermus —: mox Archilochus et Simonides trimetrum jambicum, chorium catalecticum tetrametron composuerunt. Contra talium scriptorum auctoritatem quid valeat Isaacus Tzetzes, cui, in Prolegomenis ad Lycophronem, *ἀριπρεπεῖς ἰαμβογράφοι* tres sunt Ananias, Archilochus, Hipponax, equidem non video. Cujus se inscitia aut memoriter et subito scribentis error vel eo prodit, quod Ananian ceteris praeponit ab Hipponacte avulsum, ita ut ne ab eo quidem audiendus sit, qui in hac ipsa de tribus Aristarchi jamborum scriptoribus quaestione Amorginum Simonidem a Ceo non distinguat.

Simonidem jambographum Amorgum, unam ex Sporadibus vel ex Cycladibus patriam habuisse, praeter Proclum, testatur Strabo X, 5, 12 (p. 487); conditorem autem ejus fuisse ex Vitarum scriptoris antiqui loco memoria quam maxime digno discimus, quem Suidas falso ad Simmiam Rhodium traxit, ut, post G. J. Vossium de poetis Graec. p. 60, Jonsium de scriptoribus hist. philos. p. 26, verissime nuper monuit Clintonus Fast. Hell. T. II p. 487. Ita enim scribit Anonymus: *Ἦν δὲ τὸ ἐξαρχῆς Σάμιος. ἐν δὲ τῷ ἀποικισμῷ τοῦ* (Cod. Voss. *τῆς*) *Ἀμοργοῦ ἐστάλη καὶ αὐτὸς ἡγεμὼν ἀπὸ* (Cod. B. E. *ὑπὸ*) *Σαμίων, ἔκτισε δὲ Ἀμοργὸν εἰς γ' πόλεις, Μινώαν, Αἰγιαλόν, Ἀρκεσίμην* (l. *Ἀρκεσίνην.*) *γέγονε δὲ μετὰ υς' ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. ἔγραψε κατά τινας ἰάμβους καὶ ἄλλα διάφορα, ἀρχαιολογίαν τε τῶν Σαμίων.* Verba *ἔγραψε — Σαμίων* etiam ab Eudocia p. 386 ad Simmiam relata sunt. Suo autem loco de Simonide Suidas haec habet: *Σιμωνίδης Κρίνεω, Ἀμοργῖνος, ἰαμβογράφος. ἔγραψεν ἐλεγείαν ἐν βιβλίοις β', ἰάμβους. γέγονε δὲ καὶ αὐτὸς μετὰ τετρακόσια καὶ ἐννενήκοντα ἔτη τῶν Τρωϊκῶν. ἰάμβους πρῶτος αὐτὸς κατά τινας.* Eudocia p. 383: *καὶ ἄλλος (Σιμωνίδης), Κρίνεω, Ἀμοργῖνος, ἰαμβογράφος. ἔγραψεν ἐλεγεῖα ἐν βιβλίοις β', ἰάμβους, πρῶτος αὐτὸς κατά τινας. γέγονε μετὰ υ' καὶ ς' ἔτη τῶν Τρωϊκῶν.* Nota numeri ς' et hic et apud Anonymum Suidae

v. Σιμμίας mutari debet in eam, quae minus frequens, at simillima illius in libris veteribus esse solet; ponendum enim est Koppa, quod ipsum etiam habent apud Suidam v. Σιμωνίδης Codex A, ubi ex alio idem numerus verbo ἐννενήκοντα expressus legitur, et v. Σιμμίας Codex E. Stephanus Byz. Ἀμοργός, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ἔχουσα πόλεις τρεῖς, Ἀρκεσίνην, Μινώαν, Αἰγιάλην. (Pro hac ultima v. Ἀρκεσίνη ponitur Μελανίη.) ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Παγκάλη καὶ Ψυχία. ἀπὸ τῆς Μινώας ἦν Σιμωνίδης ὁ ἰαμβοποιός, Ἀμοργῖνος λεγόμενος, ὡς Ἐρυκῖνος. λέγεται καὶ Ἀμόργιος, *) ὥς φησι Χάραξ. Νικόλαος δὲ Ἀμόργην (MSS. δὲ Μόργην v. Holsten. Annot.) αὐτὴν καλεῖ, ἥντινα Καρκήσιος ἀνὴρ ἄξιος ᾤκισε καὶ Καρκησίαν ὠνόμασε. (Scylax: Ἀμοργός, αὐτὴ τρίπολις καὶ λιμήν.) Ex Charace, qui praeter alia Chronicorum libros quadraginta scripserat, fortasse alia quoque hausta sunt eorum, quae nunc de Simonide novimus; quamvis etiam Lysaniae liber fuit περὶ ἰαμβοποιῶν, ex quo Athenaeus quidem XIV p. 620 c haec refert: Λυσανίας δ' ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἰαμβοποιῶν Μνασίωνα τὸν ῥαψῳδὸν λέγει ἐν ταῖς δείξεσι τῶν Σιμωνίδου τινὰς ἰάμβων ὑποκρίνεσθαι. Tzetzae error Chil. I, 619, ἦν Σιμωνίδης Σάμιος υἱὸς ὁ τοῦ Ἀμόργου, quem etiam repetit XII, 51, fortasse ortus est ex Suida v. Σιμμίας, ubi vulgo (et in nova etiam editione) legitur ἐν τῷ ἀποικισμῷ τοῦ Ἀμοργοῦ: ut innumera urbium nomina vel masculini, vel utriusque generis sunt, et in ipsa Amorgo insula sita urbs Ἀρκεσίνη, teste Stephano, a Polybio ἀρσενικῶς ὁ Ἀρκεσίνης appellata est.

*) Ἀμόργιος scripsi pro Ἀμόργιον, quod librarius ad insulam retulisse videtur. Illa ethnici forma utuntur Proclus apud Photium l. l. Athenaeus (fr. XXIX), Schol. ad Aristophanem (fr. XXV.) De altera Eustathius ad Dionysium 525: ἡ Ἀμοργός, ἐξ ἧς Σιμωνίδης ὁ ἰαμβοποιός, Ἀμοργῖνος ἐντεῦθεν λεγόμενος προπερισπωμένως, τύπῳ ἐθνικῷ. τὸ δὲ ἀμόργινος, προπαροξυτόνως, χιτῶνος ἐπίθετον, ἀπὸ χρώματος ἴσως ἐλαιοχρόου τινός. (Confunduntur ἀμοργή, ἡ τοῦ ἐλαίου ὑποστάθμη, et ἀμοργίς, ἡ λινοκαλάμη.)

Quo tempore Simonides vixerit, satis in universum constat. Clemens Strom. I, 21, 131 p. 398 Pott. *Σιμωνίδης οὖν κατὰ Ἀρχίλοχον φέρεται.* Syncellus p. 213 (p. 401 ed. Bonn.) (ex Eusebio) *Ἀρχίλοχος καὶ Σιμωνίδης καὶ Ἀριστόξενος οἱ μουσικοὶ ἐγνωρίζοντο.* Cyrillus c. Julian. I p. 12 c. *εἰκοστῇ ἐννάτῃ ὀλυμπιάδι Ἱππώνακτα καὶ Σιμωνίδην φασὶ γενέσθαι, καὶ τὸν μουσικὸν Ἀριστόξενον.* Ex Cyrillo, ut ipse cum Archilocho confudit Hipponactem, corrigendum apud Syncellum *οἱ μουσικοί.* Musicus enim ex illis tribus solus Aristoxenus fuit Selinuntius, cum quo jambographi celeberrimi non poterant eodem comprehendi titulo; manifestus est error Dukeri de Simonide Ceo p. 19, et *Arist. musicus* nunc praesto est in A. Maji ed. Chronici Hieronymiani ex Vat. Codd. emend. Scriptt. vett. T. VIII p. 333 ad Olymp. 29. Inde autem quod aequalis Archilocho fuit Simonides facile fieri poterat, ut a quibusdam ipse, sicuti alter a plurimis, jambos scripsisse primus diceretur. Quamvis hoc leve est, cum multarum rerum inventio, ut elegiae, carminis amatorii, instrumentorum quorundam musicorum, pluribus multum aetate distantibus a diversis scriptoribus tribuatur. Qui Archilochum atque Simonidem Ol. 29 ponunt, non dissentire videntur ab iis, qui 490 annos post Trojae excidium eosdem floruisse dicunt. Hunc enim annorum numerum si addimus annis 660 ante nostram aeram, in quos incidunt 29 Olympiades primae, aeram habemus Trojanam Democriti 1150. V. Jonsius l. c. et Clint. F. H. Prooem. p. VI. Vossius de poetis Graecis apud Suidam pro CCCCVI, qui numerus ipse non est verus, ponendum putabat annum D VI, qui secundum Tatiani computum, D annos a Trojae excidio ad Ol. 23 numerantis, incideret in Ol. 25; eodemque redit operosa dissertatio chronologica, quam suae Simonidis Cei historiae inseruit Boissy p. 273 — 84 ed. 1. Diversa est Procli sententia; sed obscura. Parium poetam Gygis Lydi, Amorginum Ananii Macedonum regis aetate ait vixisse. Anan-

ius autem quum prorsus ignotus sit, Sylburgius Amyntam in illius locum substitui volebat, conjectura obvia, sed levissima, quippe qua Simonides, spretis gravissimis testimoniis et centum quinquaginta annorum intervalli ratione nulla habita, ad Pisistratidarum exactorum tempora deturbetur. Tunc enim Macedonum rex fuit primus, quem novimus, Amyntas. Quem qui antecesserunt adeo incerti sunt, ut facilius quis Ananio aliquo Simonidis aequali ex hoc fragmento veterum Macedoniae regum indicem augeat, quam poetae aetatem in dubium vocet. De horum regum serie et temporum incertitudine v. Clintoni App. IV ad F. H. Vol. I. Certe, quisquis fuerit rex iste Macedonum, non multo post Gygen et Archilochum eum credemus vixisse. An vero Proclus ipse Amorgini aetatem cum aetate Cei confudit?

Elegiaci carminis, quod Simonides duobus libris scripsisse dicitur, quale fuerit argumentum, ignoratur. Sed gnomici generis si fuisset, mirum ni vestigia ejus servata essent; neque novimus aliud carmen gnomicum in plures libros disjunctum. Longe probabilius est aliud. Collatis enim quae apud Suidam leguntur, hic *ἔγραψεν ἐλεγείαν* (*ἐλεγεῖα* Eudoc.) *ἐν βιβλίοις β'*, illic *ἔγραψε κατά τινας πρῶτος ἰάμβους καὶ ἄλλα διάφορα ἀρχαιολογίαν τε τῶν Σαμίων*, facile conjicimus, Simonidem res Samiorum carmine elegiaco descripsisse, cui a Grammaticis archaeologiae nomen a re datum sit. Veteres Sami historias et maxime genealogias alius poeta Samius Simonide multo antiquior heroieo versu complexus erat, Asius, Amphiptolemi filius, *ὁ παλαιὸς* ab Athenaeo dictus. Easdem nunc, cum elegia florere coepisset, versibus impariter junctis Simonides exsecutus esse videtur, immistis fortasse consiliis et sententiis de rebus publicis, ut Tyrtaeus Eunomian scripsit, Bias Prienensis bis mille versus *περὶ Ἰωνίας, τίνα μάλιστα ἂν τρόπον εὐδαιμονοίη* (Diog. Laert. I, 85.) Nam in sapientibus Graeciae, qui ante septem illos philosopha mente et virtute politica patriam juvarunt atque illustrarunt, Samium

poetam numerandum esse, ex ipsis poeseos reliquiis manifestum est. Praecipue autem cum ejus elegia comparabimus simile prorsus, ut videtur, Xenophanis Colophonii opus, de quo Diogenes Laertius IX, 20 loquitur: ἐποίησε δὲ καὶ Κολοφῶνος κτίσιν καὶ τὸν εἰς Ἐλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποικισμὸν, ἔπη δισχίλια. Ad hoc enim poema referendum est sine dubio, quod apud eundem Diogenem legitur VIII, 36: Ξενοφάνης ἐν ἐλεγείᾳ προσμαρτυρεῖ, ἧς ἀρχή·

Νῦν οὖν τ' ἄλλον ἔπειμι λόγον, δείξω δὲ κέλευθον.

Habes alterius partis, de colonia abducta agentis, initium, unde alteram quoque elegis scriptam totumque carmen historicum mille distichis absolutum fuisse apparet. *). Eodem metro Panyasidis Jonica scripta fuerunt libris septem, et Naxiaca incerti poetae, sed vetusti, ut credere licet, quum Philetas an Callinus fuerit Grammatici dubitaverint. (Eustath. ad Odyss. XX, 106 p. 1885, 51 ὁ τὰ Ναξιακὰ γράψας Φιλητᾶς εἴτε Καλλῖνος. Librum tertium laudat Tzetzes ad Lycophr. 633.) Quibus omnibus nunc, si recte interpretati sumus, accedit Simonidis elegia tanquam exemplum quoddam in hoc genere ceterorum, vel antiquissimum saltem ejus poema, cujus ad nos notitia pervenerit. Eoque id etiam efficitur, ut Hecataei Milesii δεύτερον ἡρωελεγεῖον ap. Harpocrationem v. ἀδελφίζειν iis quibus aggressi sunt viri docti rationibus expungi non possit. V. Hecataei Fragm. ed. Klausen p. 150. Non alienum denique ab historico illo genere est, quod Mimnermus, Pausania teste, ἐλεγεῖα scripsit in pugnam Smyrnaeorum contra Gygen et Lydos (nam ad Nannonem haec, quae nonnullorum fuit opinio, pertinuisse, minime est credibile), Theognis autem elegiam in eos, qui in Syracusarum obsidione servati erant.

Praeter jambos trochaici tetrametri Simonidi una cum Archilocho tribuuntur a Grammatico Latino incerto, cujus

*) Xenophanis Fragmentorum editor doctissimus, Simon Karsten, p. 56 didacticum fuisse carmen existimat.

supra verba exscripsimus. Ex eodem, epodis quidem Simonidem non usum esse liquet, cum haec addat: *Archilochus etiam commata versibus applicando variavit epodis.* De tetrametris eo minus licet dubitare, quod genus hoc versuum argumenti ratione magnam quandam cum jambis cognationem habet, certe cum iis, in quibus disserunt poetae et praecipiunt. Accedit, quod Suidas (v. Σιμμίας) Simonidem praeter jambos et archaeologiam ἄλλα διάφορα scripsisse testatur.

Jambica autem Simonidis poesis duplex fuit, de quo tametsi veteres scriptores silent, ex reliquiis judicium certum ferri potest, praeceptiva et satyrica; quapropter conjiciam, duorum, in quos dispertiti erant, librorum alterum gnomicam, alterum eam partem, quae sensu angustiore jambica vocari solet, continuisse. In hac, quam secundo loco posui, parte neminem acrius insectatus esse videtur quam Orodoecidem, cujus nomen famosum hac acerbitate factum est. Lucianus enim post ea, quae supra attulimus, ita pergit: *οὕτω σύ γε παῖδας ἀπέφηνας ἐν πάσῃ βδελυρίᾳ τὸν Ὀροδοικίδην καὶ τὸν Λυκάμβην καὶ τὸν Βούπαλον, τοὺς ἐκείνων ἰάμβους.* Minus tamen celebris est Orodoecides quam Lycambes et Bupalus, quos veteres, ut Cicero, Horatius, Plinius, junctim memorare solent. Neque comparanda omnino, quod ad lacerandi jambis dexteritatem attinet, Simonidis laus cum Archilochi et Hipponactis fama, qui in hac quidem arte longe omnibus excelluisse et in eodem uterque gradu collocari videntur: *) et jam antiquo tempore Diphilus hos in Sapphone

*) Cicero de N. D. III, 38. *Neque enim quem Hipponactis jambus laeserat, aut qui erat Archilochi versu vulneratus, a deo immissum dolorem, non conceptum a se ipse continebat.* Clemens Strom. I, 1, 1 *ἔτι δὲ Ἱππώνακτι καὶ Ἀρχιλόχῳ αἰσχρῶς οὕτως ἐπιτρεπτέον γράφειν.* Galenus T. IV p. 36: *ἢ τούτων μὲν οὐδενὸς χρήζομεν, Ἀρχιλόχου δέ τινος ἢ Ἱππώνακτος ἰάμβους γραφόντων.* Sextus Empir. adv. Gramm. I, 298: *οἱ δὲ ὀργίλοι Ἱππώνακτα καὶ Ἀρχίλοχον ἀλείπτας ἔχουσι τῆς περὶ αὐτοὺς κακίας.* Lucianus Adv. indoct. 27 *τὰ Πλάτωνος; τὰ Ἀντισθένους; τὰ Ἀρχιλόχου; τὰ Ἱππώνακτος;* Diomedes III p. 482 *Appellatum est* (carmen jambicum) *παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, quod est maledicere, cujus carminis prae-*

comoedia conjunxerat, festivos poetriae amatores. Ea autem jamborum Simonidis pars, quae ad satyricum hoc genus pertinebat, ex carminibus nullo inter se nexu junctis, diversissimi et moduli et coloris, constitit, sive ex variis jambis. Jambus enim etiam carmen jambicum dici solet. *) Unius ex his jambis initium ex Athenaeo cognoscimus (fr. XXVI), in quo poeta Telembrotum alloquitur, amice, ut videtur, nec apparet, utrum alios in hoc quidem carmine perstrinxerit.

Multo magis fortasse quam jambis in singulos homines emissis vel de rebus privatis publicisque et de nugis agentibus cum amicis, Simonidis nomen apud posteritatem commendatum fuit alterius generis gravitate et ad vitam utilitate, simplicitate antiqua, dictionis quoque ubertate et proprietate; et nos certe pauca illa hujusce generis, quae ad nos pervenerunt, exquisitissimis antiqui aevi scriptis adnumerare par est. Fuit haec pars jamborum, quam priorem librum constituisse etiam unius testimonii veteris fide (fr. VII) probari videtur, disciplina quaedam puerilis, continua sine dubio versuum serie pertexta, doctrina morum et vitae humanae de-

cipui scriptores apud Graecos Archilochus et Hipponax. Proclus ad Hesiodi Op. 284: *Τὸν μὲν γὰρ Ἀρχίλοχον καὶ τὸν Ἱππώνακτα βλασφημίας συγγράψαι κατὰ τῶν λυπησάντων.* Julianus in fragm. p. 300 c: *ἱερώνυμός τις μήτε Ἀρχίλαχον ἀναγιγνωσκέτω, μήτε Ἱππώνακτα, μήτε ἄλλον τινὰ τῶν τοιαῦτα γραφόντων.*

*) Aristoteles Rhet. III, 17: *καὶ ὡς ὁ Ἀρχίλοχος ψέγει· ποιεῖ γὰρ τὸν πατέρα λέγοντα περὶ τῆς θυγατρὸς ἐν τῷ ἰάμβῳ·*

Χρημάτων δ' ἄελπτον οὐθέν ἐστιν οὐδ' ἀπώμοτον,

καὶ τὸν Χάρωνα τὸν τέκτονα ἐν τῷ ἰάμβῳ οὗ ἡ ἀρχή· Οὔ μοι τὰ Γύγεω. (Verbo *ἰαμβοποιεῖν* Aristoteles etiam Poetic. c. 22 de alio metri genere utitur; Athenaeus X p. 445 Asopodorum citat *ἐν τοῖς καταλογάδην ἰάμβοις* et VIII p. 355 a. dicterium sive sententiam jocosam anapaestis conceptam *ἰαμβεῖον* vocat.) Cicero ad Atticum XVI, 11: *cui ut Aristophani* (Grammatico) *Archilochi jambus, sic epistola longissima quaeque optima videtur.* Tzetzes ad Lycophr. 219 *ὁ Ἱππῶναξ ἐν τῷ κατὰ Βουπάλου πρώτῳ ἰάμβῳ.* Idem Chil. X, 378 *ἐν πρώτῳ δὲ ἰάμβῳ Ἱππῶναξ.* Id. V, 745 *πρώτῳ ἰάμβῳ* 754 *καὶ ἀλλαχοῦ δέ πού φησιν ἐν τῷ αὐτῷ ἰάμβῳ.* Etym. M. p. 523, 10: *γίνεται κνύζα· ὡς παρὰ Ἀνακρέοντι ἐν ἰάμβῳ.*

scriptio, Theognis ante Theognidem. Gnomicam igitur poesin ab hexametro ad jambum et fortasse ad trochaicum tetrametrum, quo Simonides pariter atque Archilochus usus est, transitum fecisse, tum denique ad elegiacum metrum se convertisse videmus, et Solon quidem his omnibus in consimili poeseos genere usus est. Simonides, non imitans hac in re Hesiodum, sermonem simpliciter ad puerum, sive ad pueros, non ad certum quendam puerum, dirigit: *ὦ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος*; quae verba, ut nunc in reliquiis collectis prima sunt, ita fortasse olim integri quoque libelli initium fuerunt. Iuventutem autem hortatur, ut seniores auscultare velit et ad paterna se consilia eorum applicare et (fr. VI)

ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὣς ἅμα τρέχειν.

Ut Hesiodus Op. 288 ait: *σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρέω*, et Theognis 59 (27), 68 (1049):

Σοὶ δ' ἐγὼ εὐφρονέων ὑποθήσομαι, οἷά περ αὐτός,
Κύρν', ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν παῖς ἔτ' ἐὼν ἔμαθον. —
Σοὶ δέ τοι, οἷά τε παιδὶ πατήρ, ὑποθήσομαι αὐτὸς
ἐσθλά· σὺ δ' ἐν θυμῷ καὶ φρεσὶ ταῦτα βάλευ.

Semel etiam in majore fragmento de mulieribus (v. 27) ad puerum se reflectit oratio:

Τὴν δ' ἐκ θαλάσσης, ἡδύ, ἐν φρεσὶν νόει.

Quae Codicum lectio si vera est, sententiam nostram de his jambis pro parte gnomici libri habendis, ad quam ipsa rerum momenta ducunt, *) haud mediocriter confirmat.

*) Sanum de hac re est judicium Koeleri p. 6. „Ceterum nostrum carmen, inscriptum *περὶ γυναικῶν*, non singulare aliquod esse poema, sed potius a librariis inscriptio illa profecta esse videtur. Est illud forsan pro fragmento majoris carminis gnomici habendum, unde ea, quae ad feminas spectabant, decerpta sub hoc titulo proponi coepere. Et sane plura fragmenta ejusdem metri, argumenti gnomici, inter Simonidis carmina occurrunt, et ni fallor, olim particulam hujus ipsius carminis constituerunt versiculi duo, adeoque haud dubie etiam Simonidi Amorgino debentur. Extant apud Brunck. in Anal. T. I p. 124 n. 16.

Γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ' ἀνὴρ ληΐζεται
ἐσθλῆς ἄμεινον, οὐδὲ ῥῖγιον κακῆς."

In ejusmodi libris matrimonium, sponsae conditio, mulierum notitia locus erat gravissimus, quod ex Hesiodo et Theognide constat; et Phocylides, eadem, quam Simonides amplificat, allegoria breviter exposita, quo illa spectet, diserte admonet, nempe ut juvenis cordatus sponsam sibi eligat apis similem, ab aliarum mulierum, quas cum illa comparaverat, moribus abhorrentem. Jambos de mulieribus qui in nostra editione sequuntur, longe maximam partem certo ad alterum librum pertinuerunt, nec nisi unus alterve fortasse praeterea ex priore sumtus est.

Simonidis nomen in prima gnomicorum poetarum collectione comparet, ab Aleandro curata Parisiis 1512 in 8. Index est: *Sententiosa poetarum vetustissimorum, quae supersunt, opera. Theognidis, Phocylidis, Pythagorae, Solonis, Tyrtaei, Naumachii, Callimachi, Mimnermi, Eveni, Rhiani, Eratosthenis, Panyasis, 'Lini, 'Menecratis, Posidippi, Metrodori, Simonidis, graece apud Matthaeum Bolsecum Bibloipolam Parisiensem.* v. Glandorfii Ind. Collectionum poetarum gnomicorum (quem aliquantulum auxit Seyboldus in Prolusione schol. Buxovillae p. 4 s.) in ejusdem Sententios. vetustissimorum quorundam poetarum Oper. Vol. I p. 37. Non vidi librum, qui etiam repetitus est Paris. ap. Adr. Turnebum 1553, addita interpretatione Latina; sed vereor ne Simonidis jambi non insint, sed Cei tantum elegi *Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι*, quos solos etiam continet Jo. Camerarii *Libel-*

Haec Koelerus. Contra Heynius in Epistola ad editorem p. XXI miro modo a vero aberrat. „Multum abesse, inquit, ut carmen, Stobaei excerptoris opera nobis servatum, integrum nos habere putare possimus, ut potius magna ejus pars intercidisse videri debeat, nullus dubito: nec modo sub finem; verum in ipso quoque principio. Nam poetae sententia nulla alia esse potuit, quam haec: feminarum originem esse non unam: sed si ingenia et mores intuearis, videri eas prognatas a diversis animantibus. Ad haec tamen quominus refingi possit primus versus, vetat hoc, quod olim plures praecessisse versus probabile sit, cum quibus coagmentata erat versus primi sententia. Nam ut nunc est, quocunque te vertas, rem parum expedies.“

lus scholasticus utilis et valde bonus, quo continentur Theognidis praecepta, Pythagorae versus aurei, Phocylidae praecepta, Solonis, Tyrtaei, Simonidis et Callimachi quaedam carmina. — Basileae ap. Oporinum 1551. 1555, itemque Fr. Sylburgii liber: *Epicae eligiacaeque minorum poetarum gnomae.* Francofurti 1591, sive *Γνωμογράφοι*, mutata inscriptione, Heidelbergae 1596. Jambos, quorum nulli, nisi fallor, insunt in Frobeniana collectione Scriptorum Gnomic. Basil. 1521, aliquot in M. Neandri Aristologia Pind. 1556, primus in unum collegit *H. Stephanus* in Pindari et octo lyricorum carminibus 1660, atque is separatim eos collocavit post *Σιμωνίδου μέλη*; sequuntur *Σιμωνίδου ἑξάμετρα καὶ πεντάμετρα ἔπη.* Jambos de mulieribus excipiunt nostrae editionis fr. I. III. IV. VII. XIX. XI. XXVIII. XXVI, quibus in secunda editione p. 451 accesserunt fr. XX et XVI; fr. X inter melica legitur p. 286. Auctorem, levissima usus ratione, ut totum hoc fragmentorum colligendorum edendorumque consilium quidem laudabilissimum, at opus tumultuarium fuit, cum Simonide plus centum et quinquaginta annos posteriore confudit, quo per ducentos annos plurimi Viri docti in foedum errorem inducti sunt. Dicit enim in Epilogo p. 429: „*De hoc quoque te commonefacere operae pretium putavi, quos Simonidi lyrico adscriptos invenies jambicos versus, me ideo illi tribuisse quod scriptores Graecos autorem eorum vocare Simonidem simpliciter et sine adjunctione compererim. Quin autem tunc Simonidem Ceum lyricum intelligant, minime mihi dubium est, quum alterum Simonidem jambographum vel Amorginum cognominent.*“ Hoc est, quod ut suum venditat Boissy Hist. de Simonide p. 272 prioris ed. Rectius jam illa aetate judicavit *Fulv. Ursinus*, qui H. Stephani etiam novum Anacreontem repudiabat. Ejus in praefatione Carminum novem ill. feminarum et lyricorum Antverpiae 1568 haec sunt verba: „*Sed Simonidis quoque jambos, quod non a Ceo Lyrico, sed ab Amorgino alio*

Simonide compositos reperissemus, non immerito illos rejiciendos esse duximus." Irrepserunt tamen in hoc etiam egregio libro inter Cei fragmenta alterius quaedam, p. 175 nostrae editionis fr. XI, p. 176 cf. 340 fr. XXXI. XXV. XX, XVI. XXVII, p. 179 fr. X. VI, p. 182 fr. V. Vicit autem postero tempore vel H. Stephani auctoritas, vel propria homini miscendi ad speciem externam libido et laboris judiciique exercendi fuga. Jambi non solum inter *μέλη* et *ἐπιγράμματα* positi sub ejusdem Simonidis nomine impressi sunt in corpore poetarum Graecorum tragicorum, comicorum, lyricorum, epigramm. Colon. Allobrogum 1614 p. 125, sed mixti, quotquot sententiosi generis sunt, cum aliis quibusdam lyrici Simonidis intrarunt etiam in poetarum gnomicorum editiones, quarum agmen ducit *Jac. Hertelius.* Is quidem in collectione, quae Basileae primum 1561. 1563 et toties posthac impressa est, Stephani tacite et rationem secutus et copiis, ut videtur, usus, Simonidis Cei elegiae in Camerarii Libello scholastico Theognidi annexae ex jambis adjunxit carmen de mulieribus et eos praeterea, qui in nostro libello numeris VII. I. IV. II designantur, quos sequuntur quinque fragmenta Cei lyrica. Hinc eadem transierunt, nisi fallor, in Plantini *Vetustissimorum poetarum opera sententiosa Antv.* 1564, certe in Wintertoni *Poetas minores Graecos* Cantabr. 1635. 1652; et resederunt etiam, paucis mutatis, in Brunckii *Gnomicis poetis Graecis* 1784. Eadem allucinatione Brunckius in Analectis (1776), cum epigraphe *ἐκ τῶν ἰάμβων* n. 16—21 lyricis Simonideis immiscuerat fragmenta nostra VII. VIII. I. II. IV. XXVIII, quae Jacobsius omisit, praeterea fr. III (n. 4) et V (n. 6.) In Lectionibus ad Anal. p. 23 de auctore jamborum in mulieres obiter et dubitanter loquitur. Boissonadius in Lyricis Graecis 1825 exclusit jambos, in Gnomicis autem 1823, Brunckium secutus, posuit eos cum lyricis quibusdam mixtos, quibus alia lyrica ipse adjecit. Nusquam tamen major est

confusio quam in Gaisfordii, Viri de litteris Graecis meritissimi, *Poetis Gr. minoribus*, qui Lipsiae 1823 denuo, Gu. Dindorfii cura aucti, typis excusi sunt. In hac plenissima, quae adhuc extat, Cei Simonidis fragmentorum collectione quomodo jambi poetae vetustissimi mirum in modum dispersi legantur et intermixti, numeri ostendunt Gaisfordiani nostris appositi, atque haec, si qua unquam fuit, est *ἀναγκαίη ἐπίμιξις*, et magis quam ulla alia in veterum scriptorum editionibus, quibus hodie utimur, incommoda et intolerabilis. Diversa est aetas utriusque poetae, diversum ingenium, scribendi genus, poeseos versuumque genus, diversa dialectus. Ceterum diligentissime collecti sunt etiam jambi in Gaisfordiana farragine, ita ut addere non licuerit nisi fr. II. IV* XII. XIII.

Fuit tamen etiam antiquo tempore, praeter Ursinum, qui, nisi omnes, certe jambos de mulieribus, e quibus tum etiam de aliis vel de reliquis omnibus ejusdem poetae facile judicari potuisset, Simonidi Ceo abjudicaret. C. Barthius enim, vir multa lectione exercitus et perspicax, qui ingenia dignoscere didicisset, in Adversariis XXIV, 9 (1624) haec annotavit: „*Simonidis Jambum in mulieres etiam doctissimi viri lyrico illi celeberrimo Ceo adscribunt; sed falluntur magnopere, cum illi jambi sint alterius Amorgini Simonidis, ut reperisse se testatur in Lyricorum editione F. Ursinus, nobis ex styli ingenio ultro adsentientibus.*“ Non reperit Ursinus nisi in rei ipsius rationibus, jambos esse jambographi, melica melici poetae. Neque Stobaeus enim, cui jambos de mulieribus debemus integros, neque Aelianus et Athenaeus, qui eorum aliquot afferunt (v. ad v. 57 et 56), dum Simonidem auctorem memorant, patriam ejus nominant. Barthii etiam aequalis, Leo Allatius, De Simeonum scriptis 1664 p. 206, versus illos ad Jambographum retulerat, sed nixus ille, ut homo erat hebetioris ingenii, ratione ridicula, immo quae omnino nulla

est. Simonidem ait, Aeliano teste, dixisse, equos unguentis gaudere, in his autem jambis idem dici de muliere ex equa progenita. At Aelianus nec significavit, uter Simonides illud de equis contendat, et rem ipsam ex jambis manifesto collegit. Quare nescio qui factum sit, ut etiam Boettigerus in libro inscripto *Vasengemaelde* Fasc. III p. 61 sic opinetur: „*Aelianus scheint das Gedicht ohne Bedenken dem Ceer zugeschrieben zu haben,*" ita ut de tertio Simonide, qui Ceo posterior fuit et Genealogus dici solet, ipse cogitet. Blomfieldius etiam (ad Aeschyli Agam. 588) „auctorem esse putat Simonidem sive quem alium Simonide (Ceo) recentiorem." Magis dignus, quam Allatius, est qui memoretur ob suffragium in vetustioris poetae gratiam latum, quod inventum est in nota MS. Jo. Alb. Fabricius, v. Bibl. Gr. Vol. II p. 145 ed. Harles. Atque hunc agnoscunt auctorem etiam Boissy in Historia Simonidis 1755 p. 271 (p. 179 ed. alt.), Addisonus in Spectatore, Diario Anglico, Vol. III 1767 p. 160, F. A. Wolfius in Lectionibus de hist. litter. Graec. post mortem editis p. 233, Elmslejus in censura Hecubae Porsonianae (v. editionem Iphigeniae Aulidensis et Tauricae Lips. 1822 p. 260), Wachlerus in Hist. litter. 1822 Vol. I p. 98 Vir d. in appendice notarum ad Schlosseri Hist. univ. vet. III, 4 p. 607 s. aliique, et haec hodie una et consentiens vox esse videtur. G. D. Koeler, qui separatim edidit Carmen de mulieribus, rem ad liquidum perduci non posse, sed meris conjecturis niti putavit: quod ignoscendum est ei, qui ad, hoc solum carmen intentus, quaestionem a ceteris utriusque Simonidis reliquiis dissociasset.

Facilis et expedita res est, quaenam ad alterutrum Simonidem referenda sint, dijudicare, nunc cum omnia, quae vel de utriusque poeseos, lyricae et jambicae, generibus veteres memoriae prodiderunt, vel sub Simonidis nomine in medium proferunt, collecta lustrari et inter se comparare liceat. Amorginus Simonides an praeter jambos trochaeosque et ele-

gos aliud quid scripserit pariter nescimus, quam Ceusne vel unum unquam senarium vel etiam lyrica carmina satyrici argumenti ediderit. (Heliodori errores apud Priscianum de metris com. p. 1328 nihil attinet exagitare.) Quare consequens est, ut jambos illi adscribamus, huic abjudicemus. Qua diremptione facta, cum curiosum esse cautumque Criticum deceat, quamvis immerito suspicionem multi pro primaria illius virtute habent, videndum erit, an sint in rebus vel verbis, quae jambos tamen sive aliquos sive plures vel a vetustiore Simonide scriptos esse credere nos non sinant, vel ad juniorem pertinere suadeant ut conjiciamus. Ejusmodi autem difficultates nec ab aliis motas video, neque ipse, si vellem, interponere possem. Saepe quidem scriptoribus antiquis jamborum poetam ab altero diserte distinguere placuit. Sic ὁ Ἀμόργιος Σιμωνίδης ἐν ἰάμβοις citatur ab Athenaeo fr. XXIX, ὁ Ἀμόργιος ab eodem fr. XXX et Scholiasta Aristophanis fr. XXV, ὁ ἰαμβοποιὸς a Julio Polluce fr. XXIII, Simonides ἐν ἰάμβῳ, οὗ ἡ ἀρχή, ab Athenaeo fr. XXVI, ἐν δευτέρῳ ab eodem fr. XVI et Antiatticista fr. X, ἐν ά fr. VII, saepissime Σιμωνίδης ἐν ἰάμβοις, qui fuit libri index, ut ab Athenaeo fr. IX, Clemente fr. XX, Scholiasta Euripidis fr. XV, Harpocratione fr. XII, Etymologo et Zonara fr. XXII. Plurimis autem, et ab antiquo inde tempore, cum jambum unum alterumve Simonidis apponerent, supervacaneum est visum addere, jambum ex jambis sumtum et a jamborum scriptore scriptum esse. Etenim ipso metro provisum crediderunt, ne quis nunc de lyrico poeta cogitaret, quemadmodum ubi lyricis alterius utuntur nunc vel lyricum vel Ceum cognominant, nunc simpliciter laudant Simonidem, et hoc quidem multo saepius faciunt. Sic alter, tanquam jamborum scriptor omnibus notus, qui cum cognomine poeta a nemine confundi possit, nudo nomine citatur Σιμωνίδης a multis, ab Aristotele fr. XI. XV, Strabone fr. XXV, Clemente fr. VII, Galeno fr. XIX, Plutarcho fr. VI. X. XI, Aeliano fr. VIII, 57, Athenaeo fr.

VIII, 56. XIV. XX. XXVIII, Apollonio fr. XXX, a Scholiastis ad Jliadem fr. XVIII. XXX, Odysseam fr. XXIV, ad Aristophanem fr. XXXI, ab Etymologo fr. XVIII. XXI, Zonara fr. XVIII, Stephano Byz. fr. XIII, Stobaeo fr. I—V. VIII, Suida fr. XXXI, Choerobosco fr. XVII, Apostolio fr. X. Simul aliquoties, ubi ab uno Simonides nominatur, nulla personae addita nota, ita ut ambigi posset, apud alium scriptorem accedere videmus vel versum, vel libri indicem, vel ethnicum nomen. Sic fr. XV qui ab Aristotele dicitur *ὁ Σιμωνίδου μακρὸς λόγος*, cum versu ipso Simonidis *ἐν ἰάμβοις*, qui in proverbium abierat, affertur a Scholiasta Euripidis. Strabo cum fr. XXV Simonidis versum non prorsus integrum adscripserit, eundem sub Simonidis Amorgii nomine habet scholiastes ad Aristophanem Venetus, a Bekkero excerptus; in vulgatis scholiis et ethnicum excidit et versus, solum Simonidis testimonium relictum, et eodem modo fr. XXX Athenaeus eum ab altero distinguit quia nunc duo tantum verba laudat, cum Grammatici, totum trimetrum adscribentes, breviter citent: *καθά φησι καὶ Σιμωνίδης.* Clemens et Eusebius de communi Simonidis et Archilochi aetate loquentes quod ethnicum omittunt, docte, non negligenter scribunt. In tanta Jambographi per totam antiquitatem celebritate, si quis suspicari vellet, tamen alterum etiam Simonidem fortasse jambico metro quaedam scripsisse, concedi hoc posset sine caussae nostrae detrimento. Nam hoc saltem nemo negabit, jambos hujus poetae famam non esse nactos: itaque hunc, si quis ejus jambum aliquem afferret, ab illo distinguere debuisset, qui propter solos fere jambos in ore atque sermonibus hominum versaretur. Superest unum, quo omnis disceptatio dirimitur, dialectus. Galenus duobus locis ad verbum Hippocratis ex Jonum usu interpretandum Simonidis utitur versibus fr. XIX. Quis credat autem Ceum poetam inter Ol. 56 et 78 florentem, si jambos scripsisset, verba Jonibus propria sectaturum fuisse, vel tanquam Joni-

cum scriptorem in Hippocrate explicando adhiberi potuisse? Longius haec persecutus sum, quam pro rei simplicitate fortasse opus erat, propter inveteratam sive confusionem sive incertitudinem.

Dialecti Jonicae monumentum insigne sunt poeseos Amorginae quamvis exiguae reliquiae. Aliquoties occurrit forma adjectivi plenior, femininum genus exprimens, *ἀλιτρῆς* fr. VIII, 7, *ἀποθυμίῃ* ib. 35, *Μαιανδρίην* fr. IX, ubi Schweighaeuserus *Μαιάνδριον* oportuisse scriptum putabat. Ubique fere servata est Jonica forma in nominibus, ut *ἡμέρης*, *ἡμέρην* I, 7. VIII, 28. 63. 81. 99, *ὥρῃ* ib. 39, *ἀλλοίην* 42, *σποδιῆς* 43, *ἐσχάρῃ* 47, *ἀφροδισίης* 53, *ναυσίῃ* 54, *ἁβρῇ* 57, *θείῃ* 89. *οἰκίης*, *οἰκίην* 101. 106, *κοπρίῃσιν* VIII, 6, *ναύτῃσιν* 38, *ἐνιπῇσιν* 44, *πάσῃσι* 89, *πάσῃσι κορδύλῃσι* X, *Ἀχαΐης* XXVI, ubi Gaisfordius scripsit *Ἀχαΐας*. Quibus concordant *ἄπρηκτον* I, 7. VIII, 20, *θέημα* VIII, 67, *πλεῖον* II, *οὔρεσιν* XIX, *μοῦνος* ib. et VIII, 24 (ut ap. Archil. fr. 68), *ὦν* pro *οὖν* VIII, 45 (v. 67 autem *οὖν*); porro contractiones, quales sunt *κλονεύμενοι* I, 15, *μυθεύμενος* VIII, 18, *φορευμένῃ* 40, *ἀλευμένη* 61, *φιλεῦντι* 86, *ἢν* VIII, 15. 27. 69. 97, semel *ἂν*, quod corrigendum est, *ἱρά* VIII, 55, ut *ἱρωστὶ* ap. Anacreontem fr. 118, *ἢν* pro *ἐὴν* VIII, 112. Raro tantum librarii ad vulgarem formam aberrarunt, ut VIII, 40 unus Codicum habet *φορουμένη*, v. 56 alius et Athenaeus *ἱερά*, v. 63. 67 *ἡμέρας* et *θέαμα* inveniuntur. Verbum Jonicum est *κορδύλη* X, pro *κορυδαλός*; *ὤεον* XVI etiam in Ibyci fragmentis legitur. Jonicum *ὅκως*, *ὅκου*, *κότε* constanter exhibent libri VIII, 82. 91. 99. 106, ita ut etiam I, 5 *ὅπως* sine temeritate corrigi potuisset. Spiritus abest in *ἐπίμερον* VIII, 51, quod Archilocho quoque apud Athen. XII p. 523 d reddendum est, et in *τοὐτέρου* VIII, 113. Diaeresin habemus in *Ἀΐδης* I, 14, VIII, 117, quod in jambis numquam trisyllabum esse Hermannus observavit (v. Erfurdt ad Soph. Antig. 1226), in *λωΐων* VIII, 30, *ζωΐων* XVIII, ut ap. Archil. fr. 72

ἀθροΐζεται, fr. 107 θωΐη; neglecta eadem in οἰζυρὸν VIII, 50, ut in χρῄζων ab illo fr. 33. Aoristi forma πιθοίατο, δεχοίατο est I, 22. VIII, 107, relativum τὴν VIII, 83, τὸ XVIII, ἐς pro εἰς VIII, 105. 6. Vocalis ε cum α et ο coalescit in ἐτέων I, 8, ἔτεα III, θεὸς, θεοὶ, θεοῦ V. VIII, 1. 7. 104, θέρεος VIII, 39, παλιντριβέος ib. 43, ἄστεος 74, δήνεα 78, δυσμενέα 102; neque dubito pro contracto εῖ in δοκεῖ I, 9. VIII, 108, φορεῖ ib. 65 olim scriptum fuisse δοκέει, φορέει, et sic etiam πορφυρέης I, 16, γαλέης VIII, 50; et fortasse fuit etiam ἐκίνεε XXXI, ut νόος legitur I, 3, quod recentiores editores contraxerunt νοῦς. Archilochus μέλεα scripsit in fine pentametri fr. 61, ἡμέας fr. 55, 7 pro ἡμᾶς, similiterque in φιλέω, ἐρέω, Μουσέων, στηθέων, θυρέων, in ἀσφαλέως, Νεοβούλης, in genitivis Γύγεω, Λυκάμβεω aliisque synizesi utitur, quae non minus in Anacreontis quoque fragmentis passim obvia est. Neminem offendet ἢ ἀνθρώπου VIII, 104, vel ap. Archil. fr. 14 δὴ ἐπίκουρος. Frequens est etiam crasis, tam apud Archilochum, κἀνέμου, κἀπίελπτα, κἀετός fr. 20. 31. 67, προὔθηκε fr. 19, quam apud Simonidem, κἀπιπειθείη I, 6, κἀγαθοῖσιν, καὐτάγρετοι, κἀνεπίφραστοι ib. 10. 19. 21: κἢκ IV*, κἀπαέξεται, κοὐνομάκλυτον, κἀριπρεπής. VIII, 85. 87. 88, κἠλειφόμην XX, χὡς XXVII. Longa vocalis corripitur in ζώειν I, 17, ut diphthongus in τοιούτοις VIII, 70, liquida geminatur in πέλεται VIII, 100. Mutae cum liquidae lex est, ut positionem faciat, quam Archilochus semel in ἢ Φρὺξ ἔβρυζε (fr. 5), Simonides duobus tantum locis negligit, φθείρουσι θνητῶν I, 13 et κορδύλῃσι χρῆν X. Hiatus est VIII, 27, ἡδύ, ἐν, 79 οὐδέ οἱ, ut ap. Archil, fr. 13 ἡ δέ οἱ et apud Pindarum ἔπεφνέ οἱ et passim (de quo v. Boeckhius in dissertatione academica de critica Pindari tractandi ratione 1823 p. 71) et XI τὸ Ἴλιον. In καλὸς poeta veterum more vocalem ᾱ producit VIII, 51. 57. Sic Archilochus fr. 3. In his omnibus autem ut insint quaedam, quae ad patriam poetae dialectum non pertineant peculiariter, ad colorem tamen

linguae noscendum ea quoque non nihil faciunt. Sat magnus numerus est verborum, quae in jambis Simonideis vel primum inveniuntur, ut ἀγχόνη I, 18, προνὺξ προῆμαρ VIII, 45, ἐράσμιος ib. 52, διακριδὸν 71, θετὸς 117, γλοιὸς IX, στενυγρὸς XIX, 1, ὀρσοθυρίς XXI, σκνιπὸς XXIII, πάρδακος XXV, ἀρυστήρ XXVIII, ποτήριον XXIX, vel praeterea nusquam leguntur, quo pertinent ἐπιπειθείη (ἐπιπειθίη) I, 6, νέως ib. 9, λιτοργὸς et αὐτομήτωρ VIII, 12, αὐονὴ ib. 20, ἀδηνὴς 53, αὐτόκωλος 76, θυμηδεῖν, ab Homerico θυμηδής, 104, κορωνίδης XXII, si recte emendavimus, φοξίχειλος XXX. In Hesychii Lexico ad Simonidem spectare videntur λιτουργός, αὐονή, κραυγή et δύη, πόνος (VIII, 12. 20. 58.)

Scripturae varietatem ex optimis scriptorum, e quibus fragmenta collecta sunt, editionibus diligenter excerpsimus, ne iis quidem omissis vitiis, quae aut incuria fudit aut ignorantia. Qui enim fragmentis operam navant, praesertim si auctores sint ex vetustissimis, eos et magis religiose in hac quoque laboris parte versari decet, et propter reliquiarum paucitatem bonae chartae minus parcere licet, quam integrorum librorum editores. Aliquot errorum in carmine de mulieribus fons fuisse videtur vetus scriptura, sive, ut Aristarchi verbo utar, ἡ ἀρχαία σημασία. V. 4 enim ex illa fortasse remansit κυλίνδεται, quod mutandum fuit in κυλινδεῖται, v. 75 βραχέα pro βραχεῖα, v. 20 ἔμπεδος pro ἐμπεδῶς, v. 24 ἔργον pro ἔργων, v. 25 χὄταν, χὤταν pro κοὔτ' ἄν, et fortasse etiam v. 98 ΤΟΙ, cum τοι legendum fuisset, falso scriptum est τῷ. Contra λιτουργὸς pro λιτοργὸς v. 12, v. 63 ῥύπων ex falsa vel interpretatione vel emendatione scriptum est pro ῥύπον, κακῶν v. 10 in Voss. pro κακόν, v. 102 θεῶν pro θεόν. Non dico illa omnia a veteris scripturae ratione pendere; neque tamen ea negligenda est, qua tot Pindari emendationes Boeckhius, et ante eum alii alias egregie stabiliverint. V. Muret. V. L. XVIII, 1. Salmas. ad Herodis Att. inscr. in Poleni Thes. T. II p. 641 s. Valcken. ad Schol. Phoeniss.

688 Boeckh. in Comment. academ. altera de Sophoclis Antigone 1825 p. 35. 55, ubi *ὀλομέναν* mutat in *οὐλομέναν*, *πνεόντων* in *πνειόντων*.

Quod ad versum attinet, quum Hephaestio c. 5 inter jamborum scriptorum et tragicorum trimetros non accurate satis distinxisset, Porsonus in praefatione ad Hecubam p. XIX docuit, Archilochum, Solonem, Simonidem *) rarius vel in imparibus locis spondeum admisisse, vel pro jambo tribachyn substituisse. Et longae syllabae solutio, obvia illa apud Archilochum in senariis fr. 2 et 29 ed. Liebel. sec. et in trochaeis fr. 31, 2. 8. 32, 2. 5. 34, 1, in Simonidis quidem fragmentis non invenitur nisi semel fr. XXI, ubi per conjecturam extat probabilem. Anapaestus, quo tragicos demum in prima sede pro spondeo usos esse Porsonus recte observat, vera lectione VIII, 60 ex codicibus restituta, extare nunc videtur. Enimvero coalescit *ὄναρ* cum *κοσκίνου* in fine praecedentis versus, idque fit eo facilius, quod orationis etiam nexu verba *οὔτε κοσκίνου ὄναρ εἶδεν* conjuncta sunt. Dactylum in primo pede non repudiavit Archilochus fr. 3. In quinto jamborum scriptores legem, quam a tragicis raro migrari Porsonus docuit, constanter observant, quod animadversum video ab Elmslejo in censura Hecubae l. l. Spondeos in imparibus locis, si Porsonum audias, poetae illi propter difficultatem puros scribendi senarios adhibuerunt, ut licentia quadam excogitata laborem minuerent. Et Hermannus etiam in Elem. doctr. metr. p. 103 non reformidasse eos ait ejusmodi spondeos, quamvis multo parcius iis sint quam tragici poetae usi. Quin aliquando de industria integris in carminibus puros jambos posuisse ex Catulli imitatione conjicit. Mihi, ut spondei non per licentiam, sed ratione et consilio immixti, ita omnino in hac re et argu-

*) Simonidem cum, ab Archilocho separatum, post Solonem ponat, jambos a Stobaeo conservatos Criticus celeberrimus putavit, ut videtur, scripsisse lyricum poetam Ceum.

mentum et genus dicendi, in ipsis jambis diversum, spectandum videtur. In primis viginti quatuor versibus, qui de re gravi elatiore oratione admirabiliter scripti sunt, spondeorum tantus fit usus, ut in quatuor trimetris trini positi sint, bini in duodecim, singuli in reliquis octo versibus. Trini etiam V et VIII, 1. 45 et apud Archilochum saepe occurrunt. Ab hoc in graviore genere temperamento pro argumenti et orationis natura multum abhorrent senarii carminis de mulieribus.

I. (231.)

Stobaeus in Florileg. XCVIII (XCVI), 16. Σιμωνίδου·
(Sic A. Trincavellus).

Ὦ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος
πάντων ὅσ' ἐστί, καὶ τίθησ' ὅπη θέλει.
νόος δ' οὐκ ἔπ' ἀνθρώποισιν· ἀλλ' ἐφήμεροι
ἀεὶ βροτοὶ δὴ ζῶμεν, οὐδὲν εἰδότες
5 ὅπως ἕκαστον ἐκτελευτήσει θεός.
ἐλπὶς δὲ πάντας κἀπιπειθείη τρέφει
ἄπρηκτον ὁρμαίνοντας. οἱ μὲν ἡμέρην
μένουσιν ἐλθεῖν, οἱ δ' ἐτέων περιτροπάς.
νέωτα δ' οὐδεὶς ὅστις οὐ δοκεῖ βροτῶν
10 πλούτῳ τε κἀγαθοῖσιν ἵξεσθαι φίλον.
φθάνει δὲ τὸν μὲν γῆρας ἄζηλον λαβόν,
πρὶν τέρμ' ἵκηται· τοὺς δὲ δύστηνοι νόσοι
φθείρουσι θνητῶν· τοὺς δ' Ἄρει δεδμημένους
πέμπει μελαίνης Ἀΐδης ὑπὸ χθονός·
15 οἱ δ' ἐν θαλάσσῃ, λαίλαπι κλονεύμενοι,
καὶ κύμασιν πολλοῖσι πορφυρῆς ἁλὸς
θνήσκουσιν, εὖτ' ἂν μὴ δυνήσωνται ζώειν·
οἱ δ' ἀγχόνην ἥψαντο δυστήνῳ μόρῳ,
καὐτάγρετοι λείπουσιν ἡλίου φάος.
20 οὕτω κακῶν ἄπ' οὐδέν· ἀλλὰ μυρίαι
βροτοῖσι κῆρες κἀνεπίφραστοι δύαι
καὶ πήματ' ἐστίν· εἰ δ' ἐμοὶ πιθοίατο,
οὐκ ἂν κακῶν ἐρῷμεν, οὐδ' ἐν ἄλγεσι
κακοῖς ἔχοντες θυμὸν αἰκιζοίμεθα.

1. 2. Haec ab Euripide, quod Seidlerus animadvertit de vers. dochm. p. 326, expressa sunt Orest. 1547:

Τέλος ἔχει δαίμων βροτοῖσι,
τέλος, ὅπα θέλει.

Hesiodus Op. 671: *ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε.* Solon in Elegia ad Musas v. 17: *ἀλλὰ Ζεὺς πάντων ἐφορᾷ τέλος.* Pindarus Nem. X, 29: *πᾶν δὲ τέλος ἐν τὶν ἔργων (ὦ Ζεῦ.)* Proverb. Salom. XIX, 21. *Πολλοὶ λογισμοὶ ἐν καρδίᾳ ἀνδρός, ἡ δὲ βουλὴ τοῦ κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα μένει.* Ecclesiastes III, 14. *Ἔγνων ὅτι πάντα, ὅσα ἐποίησεν ὁ θεὸς αὐτὰ ἔσται εἰς τὸν αἰῶνα, ἐπ' αὐτῷ οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν. βαρύκτυπος* Hesiodeum est.

3. *νόος δ' οὐκ ἐπ' ἀνθρώποισιν· ἀλλ' ἐφημέριοι δὴ βροτοὶ ζώομεν ἀεὶ δὴ βοτὰ ζώομεν* Gesn. qui ad vocem *βοτὰ* adscripsit: „Forte *βροτοί.* Senarius sic constaret, *ἀεὶ δὲ θνητοί.* Pro duobus praecedentibus nunc sic legi posset: *νόος δ' ἐπ' ἀνθρώποισιν οὐκ ἐφημέροις.*" Et sic edidit H. Steph. Sequentem versum ipse constituit: *ἔστ', ἀλλ' ἐφημέριοι βροτοὶ δὴ ζώομεν,* omissis verbis *οὐδὲν εἰδότες*, a quibus *ὅπως ἕκαστον ἐ. θ.* pendet, si recte interpreteris. Stephanus autem sic vertit: *in diemque vivitur mortalibus, prout quidque numen singulis finiverit. νόος δ' οὐκ ἐπανθρώποισιν· ἀλλ' ἐφημέριοι δὴ βροτοὶ ζώομεν ὅπως μένουσ' ἐλθεῖν* (v. 8) Trincav. mediis omissis. *ἄδῃ* pro *ἀεὶ δὴ* A. B. et *ζώομεν* omittit B. „Grotius dedit: *νοῦς δ' οὐκ ἐπ' ἀνθρώποισιν· ἀλλ' ἐφήμεροι Ἀεὶ βροτοὶ δὴ ζῶμεν,* probante Wyttenbachio ad Plutarch. S. N. V p. 23. Easdem lectiones tacite adoptat Brunckius in Gnomicis. Suspicor aliquid corruptelae subesse." *Gaisford. νόος* monosyllabon est, ut *ο* mutum est in *γόων* Jliad. VI, 500, *ἐΰξοον* ib. X, 373, *βοῶν* Hesiod. Theog. 983. Gaisfordius cum Grotio et Brunckio scripsit *νοῦς*, et praeferent hoc omnes, qui ubicunque ambiguitas in metro nasci possit, etiam scriptura contrahendas esse syllabas praecipiunt,

ut Boeckhius in Pindaro contra libros omnes Nem. III, 7 scripsit ἆθλον, quanquam Pindarum ἄεθλον dedisse persuasum habebat; sed his tum in Simonide etiam vocales εα et εο contra libros et contra Jonismum ubique contrahendae erunt. ἐφημέριοι, ταλαοὶ βροτοί Aristoph. Av. 686. Pind. aliique.

5. ὅπως edd. ὅμως A. p. m. ἐκτελευτήσῃ Gesn. H. Steph. ἐκτελευτήσει A. B.

6. καπειθείη Gesn. κἀπιπειθείη A. B. N. Gesnerus vertit *bona fiducia*, ut κἀπιπειθείη ante oculos habuisse et καπειθείη typographi sphalma esse videatur. H. Stephanus tacite emendavit ἐλπὶς δὲ πάντας κάλλεσιν θείη τρέφει, *divina blandis interim spes somniis fovet* cet. „ἐπιπειθείη, *fiducia*. vox est, qua lexica augeri possunt." *Brunck.* Genuinam autem formam non dubito fuisse ἐπιπειθίη, ut ap. Archilochum fr. 1 (Athen. I p. 8 b) ἀναιδίη, fr. 36 ἀελπτίη, ap. Anacr. fr. 8 ed. Th. Bergk Ἀμαλθίη, ap. Theognidem 368 (118) εὐλαβίη, 29. 32 (291. 648) ἀναιδίη (ita enim ex Codd. C et O corrigendum est, cf. Elmsl. ad Eurip. Med. 648.) De Atticis praeter Valcken. ad Phoen. 1475 aliosque Tragicorum Commentatores v. Passovius *Ueber Griech. Wörterbücher* 1812 p. 15 et Goettling. ad Aristot. Oecon. p. 72. Libri in formis ειη et ιη, ια fere ubique variant. Sic ap. Hesiod. Op. 313. 687 in ἀεργίη, αἰδοίησι (326. 361 ἀναιδείη), ap. Aeschyl. Pers. 240, ubi Blomfieldius recte adoptat ἀνδροπληθία, ap. Aristoph. Av. 1607 Dindorf. μισητία et μισητεία. Sic δυηπαθείη et δυηπαθία scibitur v. ad Hesych. v. δύη. Quoties ὑδρεία et ὑδρία, quae diversi generis sunt, confusa fuerint Schaeferus observat ad Schol. Apollon. Rhod. p. 101.

9. οὐ δοκέει Gesn. δοκεῖ H. Steph. Brunckius, qui in codice quoque sic scr. esse dicit, Gaisfordii silentio redargui videtur.

10. φίλος, libri. Gesnerus in margine conjicit φίλον et vertit: *novum autem annum nullus non hominum sperat divitiis bonisque plenum et charum*, idque receptum ab H. Steph. Brunckio aliisque non repudiari oportebat in nova Stobaei

editione, quum *φίλος* nullo modo ferri possit, *φίλον* aptissimum sit ad contextum verborum. Non intellexit poetam Schneiderus in Lex. Gr. qui *νέωτα* accipit pro *εἰς νέωτα*, Aeolice, ut ait, pro *νέωσε*, *νέωτε*, ut *ἑτέρωσε*, *ἑτέρωτε*, *ἑτέρωτα* Apoll. Dysc. Excerpt. p. 434. Sic enim sensus foret, nemo non sperat in novum annum venturum esse amicum, *φίλον* autem (ita enim scribit etiam Schneiderus) *πλούτῳ τε κἀγαθοῖσιν*, quod non est Graecum. Et tamen Passovius quoque in Lex. ait: *νέωνα für den Accus. eines verloren gegangnen Subst. zu halten ist gar kein Grund, da Praepositionen oft genug mit Adv. verbunden werden.*"

13. *βροτῶν θνητῶν* A. *ἀέρι* Trincav. 15. *ἐνὶ* A.

17. Gesn. *ubi non amplius vivere possunt.* H. Steph. *quos vita curis tristis exercet malis.* Grotius *quum terminavit Parca vivendi ambitum.* Recte Gesn. Supplendum autem est: eoque coacti navigationi se committentes mercaturam faciunt. Hesiodus Op. 336 de patre suo: *πλωΐζεσκ' ἐν νηυσί, βίου κεχρημένος ἐσθλοῦ* (quae antiquitus cohaeserunt cum v. 665 ss.) 688, *χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν. Δεινὸν δ' ἐστὶ θανεῖν κατὰ κύμασιν κ.τ.λ.* *ζώειν* libri et cum Gesnero H. Steph. *ζάειν* Grot. *ζόειν* scribit Porsonus ad Eurip. Hecub. 1090 ed. 3, ut apud Archilochum (fr. 35) *τοῦ ζοοῦ διώκομεν*, et v. sequ. *οἱ ζοοί*, quod mirum est Gaisfordium et hic et in Archilochi fragmento suae editionis 19 imitari, qui ne *φίλος* quidem, manifesto falsum, corrigere audeat. Et in Simonide quidem et Archilocho emendatio excusationem habet propter Herodoteam formam *ζόη*, quamvis Herodotus non *ζόειν*, sed *ζώειν* scribit, non *ζόον*, sed *ζῶον*, non *ζοὸς*, sed *ζωός*. Porsonus autem, quod ne in Euripide quidem aliisque poetis primam in *ζωῆς* corripere concedit, sed ubique *ζόης* substituit, et Elmslejus, qui propter illam correptionem formam vulgarem Atticis omnino abjudicandam suspicatur, nimis severe agunt. Apud Pindarum Nem. IX, 14 in *πατρῴων* (cf. Boeckh. de metr. Pind. p. 289) et Euripidem

Med. 420 (cf. Hermann. in censura Elmsleji ad h. v. idemque ad Eurip. Suppl. 1130 Bacch. 1362) in παπῴος ω corripitur, itemque in κολῴει in Antimachi hexametro, quem emendavit Buttmannus Lexilog. I, 160, fr. 27 ed. Schellenberg. ὥς ῥα τότ' Ἀργείων κολῴει στρατός.

18. ἥψαντο B. Brunck. Ad historiam morum hic locus est memoria dignus. Nam si inter heroicam aetatem, Ajacis et Euadnes magnanima facinora, et veram historiam vitaeque miserias probe distinguimus, scriptor hic est omnium antiquissimus, qui τῆς αὐτοχειρίας mentionem faciat, cum *Lycambeus sanguis* fabula sit an res vera ad liquidum perduci nequeat. Tropice tamen verbo ἀπάγχεσθαι Archilochus quoque utitur ap. Arist. Pol. VII, 7: οὐ (σὺ) γὰρ δὴ παρὰ φίλων ἀπάγχεο. Ceterum ἀγχόνη est *informe letum*. Virg. Aen. XII, 603, ubi v. Cerda. Eurip. Helen. 299.

19. ἢ αὐτάγρετοι A. 20. κακὸν Trincav. 21. δύο A. „κἀνεπίφραστοι δύαι. „Haec citat Suidas v. ἀνεπίφραστοι." *Barker.* in Diario Class. T. XIV p. 286. Fallitur. Morellus in Lex. prosod. quem sequitur, Suidam cum Stobaeo confudit.

23. οὐδ' ἐπάλγεσι Trinc. „ἐρῷμεν optativus est. Perperam in impressis ἐρῶμεν sine ι subscripto, et αἰκιζόμεθα (Gesn.) vel αἰκιζώμεθα (Grot.) Bene in Cod. αἰκιζοίμεθα (Trinc.) ἔχοντες neutraliter hic adhibitum pro ὄντες. *Brunck.* H. Steph. emendavit ἐρῷμεν et αἰκιζοίμεθα. Gaisfordius autem ἐρῷμεν et ipse emendate edidit; φίλος intactum reliquit, quo sententia pervertitur. 24. κακῶς conjicit Seidlerus l. l.

II.

Stob. Florileg. CXXIV (CXXIII), 5. Σιμωνίδου· (sic A. Trincav.)

Τοῦ μὲν θανόντος οὐκ ἂν ἐνθυμοίμεθα,
εἴ τι φρονοῖμεν, πλεῖον ἡμέρης μιᾶς.

Similiter praecipit Archilochus in Elegia de civibus interque eos sororis marito naufragio peremtis ap. Stob. CXXIV, 30 et Plutarchum de aud. poet. c. 12 (fr. 55 et 60 Liebel.) Stob. ἡμέρας; scripsi ἡμέρης ut VIII, 28. 63. 81. 99, ἡμέρην I, 7.

III (4.)

Stob. ib. CXXI, 1. Grotius e MS. dedit CXXII p. 495. *Σιμωνίδου·* (sic A. decst Trinc.)

Πολλὸς γάρ ἡμῖν ἐστι τεθνάναι χρόνος,

ζῶμεν δ' ἀριθμῷ παῦρα [καὶ] κακῶς ἔτεα.

Valckenarius haec annotat. „Duo jambi possunt ex istis Grotii facile efformari: *πολλὸς γάρ ἡμῖν εἰς τὸ* (Grot. *εἰς*) *τεθνάναι χρόνος· Ζῶμεν δ' ἀριθμῷ παῦρα μοχθηρῶς ἔτη.* Forte alterius locus est ex hoc Simonidis expressus, quem habet mox Stobaeus:

Βιοτῆς μὲν γὰρ
χρόνος ἐστι βραχύς· κρυφθεὶς δ' ὑπὸ γῆς
κεῖται θνητὸς τὸν ἅπαντα χρόνον."

Haec Valckenarius, de metro, quidem recte, quod de lyrico Simonide non sinit cogitare. At quomodo ex anapaestis, qui fortasse ipsi a tragico ex Simonide Ceo expressi sunt, jamborum diversa sententia prodire potuerit, non video. Ante *κακῶς* f. excidit *καί.* Friedemannus apud Spitznerum de versu heroico p. 328 versus Alcaici initium sibi visus est agnoscere. Ceterum quod Stobaeus XCVIII (XCVI), 59 refert Simonidis Cei dictum (fr. 183): *Σιμωνίδης ἐρωτηθεὶς πόσον χρόνον βιῴη, χρόνον, εἶπεν, ὀλίγον, ἔτη δὲ πολλά,* a nostro diversum est, et convenit cum alia illius sententia ap. Plutarchum Consol. Apollon. p. 111 c (fr. 155): *τὰ χίλια καὶ τὰ μυρία, κατὰ Σιμωνίδην, ἔτη στιγμή τις ἐστὶν ἀόριστος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον στιγμῆς.*

IV.

Stob. ib. CV (CIII), 7. *Σιμωνίδου·* (sic A. Trincav.)

Πάμπαν δ' ἄμωμος οὔτις, οὐδ' ἀκήριος.

IV*.

Stob. ib. CXX (CXIX), 9:

Εὔθυμος ὢν ἔρεσσε τὴν ἐπ' ἄϊδος

ἀταρπὸν ἕρπων· οὐ γάρ ἐστι δύσβατος,

οὐδὲ σκαληνός, οὐδ' ἐνίπλεως πλάνης,
ἰθεῖα δὴ μάλιστα καὶ κατακλινὴς
ἅπασα, κὴκ μεμυκότων ὁδεύεται.

Simonidi hos versus reddere non dubitavi, quamvis lemma est *Λεωνίδου* in Trincav. (ut VII, 46, ubi Leonidae Spartani dictum affertur), male *Λεωνίδα* formatum in Cod. A, et *Λεωνίδης* etiam a Photio Cod. 167 p. 115 Bekk. in indice poetarum a Stobaeo excerptorum scribitur. Primum autem non novimus hujus nominis poetam praeter Leonidam Tarentinum et alium pessimum epigrammatarium, neque veri est simile, poetam egregium, qualis fuit qui hos versus scripsit, a Stobaeo excerptum, prorsus ignotum latere; tum *ἐνίπλεως*, ut ap. Archil. fr. 34 *καρδίης πλέως*, ap. Herodotum IV, 31 *ἀνάπλεως*, Jonica forma est ejusmodi, quae Jonicum poetam prodat. V. 3. „*Οὐδενὸς πλέως πλάνης* Gesn. *οὐδενὶ πλεοσπλάνης* Voss. Arsen. *οὐδενὶ πλέον* A. *οὐδ' ἐνίπλεως* B. *ἐνίπλειος* legitur aliquoties apud Homerum Od. XIV, 113. XVII, 300. XIX, 580. XXI, 78.“ *Gaisford.* V. 5. *κὴκμεμυκότων* Gesn. qui recte vertit: *ac vel a caecis conficitur.* *κὴκμεμωκότων* A. In comparatione mortis cum via similiter ludit Aristophanes Ran. 117—126. Initium autem *εὔθυμος ὢν ἔρεσσε* (nisi fortasse fuit *ὦν*, ut VIII, 45, Jonice pro *οὖν*) in memoriam revocat nomen *ΕΥΘΥΜΟΣ* in vase picto, quod ad Croesi in rogo sedentis mortemque pia et tranquilla mente opperientis *εὐθυμίαν* retuli in Mus. Rhen. Vol. II p. 503.

V. (6.)

Stob. Ecl. phys. et ethic. II, 1, 10. *Σιμωνίδου* in marg. Codd. V. A. E.

[καὶ] ῥεῖα θεοὶ κλέπτουσιν ἀνθρώπων νόον.

Θεοί una syllaba legitur, ut VIII, 1. 7. 104. Hom. Jl. I, 18. Archil. fr. 2. 28. Solon. Eleg. IV, 3 ap. Theognidem, Pindarum aliosque: v. Syllog. nostra Epigr. Graec. p. 182.

Porson. ad Eurip. Or. 134. Buttmann. Gramm. Vol. I p. 111. Hesiodus Theogon. 612:

ὡς οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον οὐδὲ παρελθεῖν.

VI. (146.)

Plutarch. de profect. in virt. 14. Οἷός τ' ἐστι κατὰ τὸν Σιμωνίδην

ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὣς ἅμα τρέχειν,

τῷ ἀγαθῷ μονονουχὶ συμφῦναι γλιχόμενος. Idem in fragmento (XXXIV, 2) ap. Stob. Floril. CXV (CXIV), 18. Νέοις δὲ ζηλωτέον τοὺς γέροντας κατὰ Σιμωνίδην ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὡς ἅμα τρέχειν. Eodem denique versu bis utitur poeta non nominato, de tuenda sanit 22 et de virt. mor. 7.

VII. (224.)

Clem. Alex. Strom. VI, 2, 2 p. 264 Sylb. Ἡσιόδου δὲ (Ἔργ. 700) εἰπόντος·

Οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ ληΐζετ' ἄμεινον
τῆς ἀγαθῆς· τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο·

Σιμωνίδης εἶπεν·

Γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ' ἀνὴρ ληΐζεται
ἐσθλῆς ἄμεινον, οὐδὲ ῥίγιον κακῆς.

MS. Par. Γυναικὸς δ' οὐδέν. Eusebius Praep. evang. X, 2 p. 466 ex Porphyrio, περὶ τοῦ κλέπτας εἶναι τοὺς Ἕλληνας, ἀπὸ τοῦ ά τῆς φιλολογίας (φιλολογικῆς) ἀκροάσεως, eadem afferens, ταύτην ait, διάνοιαν Σιμωνίδης ἐν ἑνδεκάτῳ μετενήνεγκε λαβὼν οὕτως. Pro ἐν ἑνδεκάτῳ scribe ἐν πρώτῳ, quae confusio ex numeri nota orta est, cum ἐν τῶια male distingueretur ἐν τῷ ιά, pro ἐν τῷ ά. Eundem errorem pluribus locis commissum ostendit Valckenarius ad Schol. Eurip. Phoen. 1123 p. 734, quibus praeter nostrum locum accedit Athen. XV p. 682 e, ubi ἐν τῷ ά (Cypriorum carminum) pro ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ certissime scribendum est, et fortasse etiam ap. Steph. B. v. Παλική, Θεόφιλος ἐν ἑνδεκάτῳ περιηγήσεως Σικελίας. Sophocles Phaedr. fr. 5:

Οὕτω γυναικὸς οὐδὲν ἂν μεῖζον κακὸν
κακῆς ἀνὴρ κτήσαιτ' ἄν, οὐδὲ σώφρονος
κρεῖσσον· παθὼν δ' ἕκαστος ὧν τύχῃ λέγει.

Euripides Melanipp. fr. 14 (7.)

Τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίγνεται
γυναικός, ἐσθλῆς δ' οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν
πέφυκ' ἄμεινον, διαφέρουσι δ' αἱ φύσεις.

Proverb. Salomon. XII, 4. *Γυνὴ ἀνδρεία στέφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, ὥσπερ δὲ ἐν ξύλῳ σκώληξ, οὕτως ἄνδρα ἀπόλλυσι γυνὴ κακοποιός.* Cf. XVIII, 22.

VIII. (230.)

Stob. Florileg. LXXIII (LXXI), 61. *Σιμωνίδου·* (Sic A. Trincav.)

Χωρὶς γυναικὸς θεὸς ἐποίησεν νόον
ταπρῶτα, τὴν μὲν ἐξ ὑὸς τανύτριχος,
τῇ πάντ' ἀν' οἶκον βορβόρῳ πεφυρμένα
ἄκοσμα κεῖται, καὶ κυλινδεῖται χαμαί·
5 αὕτη δ' ἄλουτος ἀπλύτοις τ' ἐν εἵμασιν
ἐν κοπρίῃσιν ἡμένη πιαίνεται.

Τὴν δ' ἐξ ἀλιτρῆς θεὸς ἔθηκ' ἀλώπεκος
γυναῖκα πάντων ἴδριν, οὐδέ μιν κακῶν
λέληθεν οὐδέν, οὐδὲ τῶν ἀμεινόνων.
10 τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν εἶπε πολλάκις κακόν,
τὸ δ' ἐσθλόν· ὀργὴν δ' ἄλλοτ' ἀλλοίην ἔχει.

Τὴν δ' ἐκ κυνὸς λιτοργὸν, αὐτομήτορα,
ἣ πάντ' ἀκοῦσαι, πάντα δ' εἰδέναι θέλει·
πάντῃ δὲ παπταίνουσα καὶ πλανωμένη
15 λέληκεν, ἢν καὶ μηδέν' ἀνθρώπων ὁρᾷ.
παύσειε δ' ἄν μιν οὔτ' ἀπειλήσας ἀνήρ,
οὐδ' εἰ χολωθεὶς ἐξαράξειεν λίθῳ

ὀδόντας, οὐδ' ἂν μειλίχως μυθευμένος,
οὐδ' εἰ παρὰ ξείνοισιν ἡμένη τύχοι·
20 ἀλλ' ἐμπεδῶς ἄπρηκτον αὐονὴν ἔχει.

Τὴν δὲ πλάσαντες γηΐνην Ὀλύμπιοι,
ἔδωκαν ἀνδρὶ πηρόν· οὔτε γὰρ κακόν,
οὔτ' ἐσθλὸν οὐδὲν οἶδε ποιαύτη γυνή·
ἔργων δὲ μοῦνον ἐσθίειν ἐπίσταται·
25 κοὔτ', ἂν κακὸν χειμῶνα ποιήσῃ θεός,
ῥιγῶσα δίφρον ἆσσον ἕλκεται πυρός.

Τὴν δ' ἐκ θαλάσσης, ἡδύ, ἐν φρεσὶν νόει.
τὴν μὲν γελᾷ τε καὶ γέγηθεν ἡμέρην,
ἐπαινέσει μιν ξεῖνος ἐν δόμοις ἰδών·
30 "οὐκ ἔστιν ἄλλη τῆσδε λωΐων γυνὴ
„ἐν πᾶσιν ἀνθρώποισιν, οὐδὲ καλλίων·
τὴν δ' οὐκ ἀνεκτός, οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν,
οὔτ' ἆσσον ἐλθεῖν, ἀλλὰ μαίνεται τότε
ἄπλητον, ὥσπερ ἀμφὶ τέκνοισιν κύων.
35 ἀμείλιχος δὲ πᾶσι κἀποθυμίη
ἐχθροῖσιν ἶσα καὶ φίλοισι γίγνεται.
ὥσπερ θάλασσα πολλάκις μὲν ἀτρεμὴς
ἕστηκ' ἀπήμων, χάρμα ναύτῃσιν μέγα,
θέρεος ἐν ὥρῃ· πολλάκις δὲ μαίνεται
40 βαρυκτύποισι κύμασιν φορευμένη.
ταύτῃ μάλιστ' ἔοικε τοιαύτη γυνὴ
ὀργήν· φυὴν δὲ πόντος ἀλλοίην ἔχει.

Τὴν δ' ἐκ σποδιῆς τε καὶ παλιντριβέος ὄνου,
ἣ σύν τ' ἀνάγκῃ σύν τ' ἐνιπῇσιν μόγις
45 ἔρεξεν ὧν ἅπαντα καὶ πονήσατο

ἀρεστά· τόφρα δ' ἐσθίει μὲν ἐν μυχῷ
προνὺξ προῆμαρ· ἐσθίει δ' ἐπ' ἐσχάρῃ.
ὁμῶς δὲ καὶ πρὸς ἔργον ἀφροδίσιον
ἐλθόνθ' ἑταῖρον ὁντινοῦν ἐδέξατο.

50 Τὴν δ' ἐκ γαλῆς δύστηνον, οἰζυρὸν γένος.
κείνῃ γὰρ οὔτι καλόν, οὐδ' ἐπίμερον
πρόσεστιν, οὐδὲ τερπνὸν, οὐδ' ἐράσμιον·
εὐνῆς δ' ἀδηνής ἐστιν ἀφροδισίης.
τὸν δ' ἄνδρα τὸν παρόντα ναυσίῃ διδοῖ,
55 κλέπτουσα δ' ἔρδει πολλὰ γείτονας κακά,
ἄθυτα δ' ἱρὰ πολλάκις κατεσθίει.

Τὴν δ' ἵππος ἁβρὴ χαιτέεσσ' ἐγείνατο,
ἣ δούλι' ἔργα καὶ δύην περιτρέπει·
κοὔτ' ἂν μύλης ψαύσειεν, οὔτε κοσκίνου
60 ὄναρ εἶδεν, οὔτε κόπρον ἐξ οἴκου βάλοι·
οὔτε πρὸς ἰπνὸν ἀσβόλην ἀλευμένη
ἵζοιτ'. ἀνάγκῃ δ' ἄνδρα ποιεῖται φίλον·
λοῦται δὲ πάσης ἡμέρης ἄπο ῥύπον
δίς, ἄλλοτε τρίς, καὶ μύροις ἀλείφεται·
65 ἀεὶ δὲ χαίτην ἐκτενισμένην φορεῖ,
βαθεῖαν, ἀνθέμοισιν ἐσκιασμένην.
καλὸν μὲν οὖν θέημα τοιαύτη γυνὴ
ἄλλοισι· τῷ δ' ἔχοντι γίγνεται κακόν,
ἢν μή τις ἢ τύραννος, ἢ σκηπτοῦχος ᾖ,
70 ὅστις τοιούτοις θυμὸν ἀγλαΐζεται.

Τὴν δ' ἐκ πιθήκου· τοῦτο δὴ διακριδὸν
Ζεὺς ἀνδράσιν μέγιστον ὤπασεν κακόν.
αἴσχιστα μὲν πρόσωπα· τοιαύτη γυνὴ

εἶσιν δι' ἄστεος πᾶσιν ἀνθρώποις γέλως.
75 ἐπ' αὐχένα βραχεῖα κινεῖται μόγις,
ἄπυγος, αὐτόκωλος· ἆ τάλας ἀνήρ,
ὅστις κακὸν τοιοῦτον ἀγκαλίζεται.
δήνεα δὲ πάντα καὶ τρόπους ἐπίσταται,
ὥσπερ πίθηκος, οὐδέ οἱ γέλως μέλει.
80 οὐδ' ἄν τιν' εὖ ἔρξειεν, ἀλλὰ τοῦθ' ὁρᾷ,
καὶ τοῦτο πᾶσαν ἡμέρην βουλεύεται,
ὅκως τί χ' ὡς μέγιστον ἔρξειεν κακόν.

Τὴν δ' ἐκ μελίσσης· τήν τις εὐτυχεῖ λαβών·
κείνῃ γὰρ οἴῃ μῶμος οὐ προσιζάνει.
85 θάλλει δ' ὑπ' αὐτῆς κἀπαέξεται βίος,
φίλη δὲ σὺν φιλεῦντι γηράσκει πόσει,
τεκοῦσα καλὸν κοὐνομάκλυτον γένος.
κἀριπρεπὴς μὲν ἐν γυναιξὶ γίνεται
πάσῃσι· θείη δ' ἀμφιδέδρομεν χάρις.
90 οὐδ' ἐν γυναιξὶν ἥδεται καθημένη,
ὅκου λέγουσιν ἀφροδισίους λόγους.
τοίας γυναῖκας ἀνδράσιν χαρίζεται
Ζεὺς τὰς ἀρίστας καὶ πολυφραδεστάτας.

Τὰ δ' ἄλλα φῦλα ταῦτα μηχανῇ Διὸς
95 ἔστιν τε πάντα καὶ παρ' ἀνδράσιν μένει.
Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ' ἐποίησεν κακόν,
γυναῖκας, ἤν τι καὶ δοκῶσιν ὠφελεῖν,
ἔχοντί τῳ μάλιστα γίγνεται κακόν.
οὐ γάρ κοτ' εὔφρων ἡμέρην διέρχεται
100 ἅπασαν, ὅστις σὺν γυναικὶ πέλεται,
οὐδ' αἶψα λιμὸν οἰκίης ἀπώσεται,

ἐχθρὸν συνοικητῆρα, δυσμενέα θεόν.
ἀνὴρ δ' ὅτ' ἂν μάλιστα θυμηδεῖν δοκῇ
κατ' οἶκον, ἢ θεοῦ μοῖραν, ἢ ἀνθρώπου χάριν,
105 εὑροῦσα μῶμον ἐς μάχην κορύσσεται.
ὅκου γυνὴ γάρ ἐστιν, οὐδ' ἐς οἰκίην
ξεῖνον μολόντα προφρόνως δεχοίατο.
ἥτις δέ τοι μάλιστα σωφρονεῖν δοκεῖ,
αὕτη μέγιστα τυγχάνει λωβωμένη,
110 κεχηνότος γὰρ ἀνδρός. οἱ δὲ γείτονες
χαίρουσ' ὁρῶντες καὶ τὸν ὡς ἁμαρτάνει.
τὴν ἣν δ' ἕκαστος αἰνέσει μεμνημένος
γυναῖκα, τὴν δὲ τοὐτέρου μωμήσεται·
ἴσην δ' ἔχοντες μοῖραν οὐ γιγνώσκομεν.
115 Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ' ἐποίησεν κακόν,
καὶ δεσμὸν ἀμφέθηκεν ἄρρηκτον πέδη,
ἐξ οὗ θετοὺς μὲν Ἀΐδης ἐδέξατο,
γυναικὸς εἵνεκ' ἀμφιδηριωμένους.

Una cum his jambis Stobaeus Phocylidis profert hexametros:

**Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· τετόρων ἀπὸ τῶνδε γένοντο
φῦλα γυναικείων, ἡ μὲν κυνὸς, ἡ δὲ μελίσσης,
ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, ἡ δ' ἵππου χαιτηέσσης
εὔφορος ἠδὲ ταχεῖα, περίδρομος, εἶδος ἀρίστη·
ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, οὔτ' ἂρ κακὴ, οὔτε μὲν ἐσθλή·
ἡ δὲ κυνός, χαλεπή τε καὶ ἄγριος· ἡ δὲ μελίσσης,
οἰκόνομος τ' ἀγαθὴ καὶ ἐπίσταται ἐργάζεσθαι·
ἧς εὔχου, φίλ' ἑταῖρε, λαχεῖν γάμου ἱμερόεντος.**

Fabula fuit popularis, ut videtur, et fortasse ultimae antiquitatis, quam a Simonide inventam esse, idcirco, quia apud antiquiorem scriptorem illius non fit mentio, quae vulgaris est argumentandi ratio, non est temere statuendum. Inter

eos, qui eundem illam excogitasse non dubitaverunt, qui narravit et excoluit, Mellmannus est in Commentatione de caussis et auctoribus narrationum de mutatis formis 1786 p. 61. 66. Jacobsius in annotatione ad Phocylidem (Anthol. Gr. T. VI p. 195) ἐννοίαν ductam conjicit ex nobilissimo loco Hesiodi in Theogonia 590 ss. qui est de origine mulierum ex Pandora. Quod quamvis non apparet, est tamen in Pandorae descriptione aliquid, quod ad illam fabulam, utpote antiquam et in vulgus notam, spectare videatur. Etenim Minerva diademate aureo Pandoram ornat, in quo multa animalia et terrestria et marina a Vulcano (arte nimirum ἐμπαιστικῇ) efficta sunt (581):

> Τῇ δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλὰ τετεύχατο, θαῦμα ἰδέσθαι,
> κνώδαλ', ὅσ' ἤπειρος πολλὰ τρέφει ἠδὲ θάλασσα.
> τῶν ὅγε πόλλ' ἐνέθηκε, χάρις δ' ἀπελάμπετο πολλή,
> θαυμάσια, ζωοῖσιν ἐοικότα φωνήεσσιν.

Consilio haec addita esse, propter constantem veterum, quem in ejusmodi ornamentis sequi solent, morem symbolicum, credere licet, neque video, quid in muliebri sexu, cujus imago est Pandora, animalia significare possint, nisi varia ingenia et qualitates diversas. In Odyssea (XI, 609) in Herculis loro ensis apte ad ipsius personam expressi sunt:

> ἄρκτοι τ' ἀγρότεροί τε σύες χαροποί τε λέοντες,
> ὑσμῖναι τε μάχαι τε φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε,

et ita quidem ut ursi et apri leonesque pugnae caedisque imaginem quandam repraesentent, quam etiam in vetustissimis et maxime rudibus vasorum picturis heroum certaminibus additam saepe videmus. In Junonis autem corona Polycletus Gratias atque Horas finxit (Pausan. II, 17, 4), cum illius deae natura et potestate arctissime conjunctas. Duae res sunt in fabula Simonidea, unde vel rudioris antiquitatis vel populare sive ad captum populi accomodatum, non cultioris poetae commentum esse apparet. Alterum quod ingeniorum diversitas ex ortu diverso ducitur, ut poetae nascun-

tur ex Apolline vel Musa, reges ex Jove, mens ex capite Jovis, fabrorum fabrilium, *τῶν χειροτέχνων*, primarium par ex manibus Aethaliae matris; *) alterum quod ad varios humanos affectus explicandos animalia adhibentur, quibus Prometheus

ἔδωχ' ἑκάστῳ κατὰ γένος μίαν φύσιν.

Animalium enim indolem, naturae habitum moresque quanto studio antiquissimis temporibus populus Graecus examinaverit, clare patet ex fabula Aesopia inde ab Hesiodi et Archilochi aetate florente et ex innumeris comparationibus proverbialibus, quarum etiam jamborum libri pleni fuisse videntur. Atque haec naturae animalium contemplatio etiam fabulis ab Hesiodo et Homero memoratis de Pandionide in hirundinem, de Pandarei filia in lusciniam mutata originem dedit. Interdum quidem, sed modeste, etiam exculta ars et perfecta redit ad ejusmodi lusus, qualis est is, quem Simonides populariter extendit. Sic summus Anglorum poeta in Tempestate (III, 1) ait:

But you, o you
So perfect and so peerles are created
Of every creature's best.

*) Fabulam non antea notam ex vasculi pictura explicui in Annalibus Instituti archaeologici Vol. II p. 245—57, addam autem data occasione emendationem nominis Palicorum matris et apud Stephanum Byzantinum v. *Παλικὴ* et ap. Macrob. Sat. V, 19 corrupti. Apud Stephanum enim: *οὓς (Παλικοὺς) Αἰσχύλος ἐν Αἴτναις γενεαλογεῖ Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου*, scribendum est *καὶ Αἰθαλείας* vel *Αἰθαλίας*, itemque ap. Macrobium *Thalia* mutanda in *Aethaliam*. Hoc enim nomen et Vulcani filiae et Palicorum matri convenit, a quibus utrisque aliena est Thalia; hoc verum esse indicat etiam simile, quod alii substituerunt, Aetnae, Silenus (in Sicilicis) apud Steph. B. l. c. Servius ad Aen. IX, 584 Ang. Maji Mythographus primus fab. 190, secundus fab. 45, Schol. ad Stat. Theb. XII, 156. *Αἰθάλεια* vel *Αἰθάλια* Lemnus dicta *ἴσως ἐκ τῶν ἀναδιδομένων τοῦ Ἡφαίστου κρατήρων.* Steph. B. v. *Αἰθάλη*. Silva Thalia, si haec vera est scriptura, apud Calpurnium certe non ad Vulcani filiam referri debet, neque satis facit Wesselingii explicatio Nympham modo Thaliam, modo Aetnam propterea appellari quod mons *θάλλει καὶ αἴθεται.* Nam virent plerique montes omnes, Aetnae autem proprium est *τὸ αἴθειν.*

Similis nostrae est fabula apud Horatium Od. I, 16, 9:

Fertur Prometheus addere principi
limo coactus particulam undique
desectam, et insani leonis
vim stomacho adposuisse nostro.

Quae verba explanatione indigent. Bentlejus haec annotat: „*Offendit Julium Scaligerum illud* coactus: *neque enim, ait, Prometheus coactus fuit, aut coactus fecit. Hoc unde compertum Scaligero esse potuit, equidem nescio: cum nullus, opinor, nunc extet praeter Nostrum, qui hanc fabulam tangat. Quamquam fatendum sane est, non valde verisimile esse, ejusmodi fabulam a quoquam excogitatam, qua Prometheus coactus hoc fecerit. Ipse enim consulto hominem formasse dicitur, non alterius jussu et imperio.*“ Quare *coactam particulam — desectam* scribendum proponit, quod non ineleganter solum dictum, sed rei contrarium est. Nam particulae ex singulis animalibus desectae, cum singulis hominibus dispertiendae sint, non possunt dici coactae, collectae. Sponte sua sane finxerit hominem Prometheus: quis autem unquam dixit, quomodocunque vellet eum novum genus formare potuisse, nihil voluntati ejus obstitisse? Claudianus de IV. cons. Honorii 232 Prometheum ait menti divinae, *cum non aliter possent mortalia fingi*, adjunxisse *geminas*, quae *cum corpore lapsae intereant*, illa sola manente. Alio modo coactus agit Japeti filius in figmento Protagorae ap. Platonem p. 320. Ibi enim cum Epimetheo munus distribuendi animalibus facultates et ornatum concessisset atque is reliquis jam omnia dispertivisset, hominem solum nudum atque inermem reliquisset, ipse autem inops consilii esset (*ἀπορίᾳ ἐχόμενος*, quocum etiam Gesnerus Horatianum *coactus* contulit), qualem huic salutem inveniret, ignem surripuit et cum igne artes ad vitam sustentandam necessarias, quas hominum generi intulit. Diversa est fabula Horatiana; Prometheus ex omnibus animalibus desectas particulas, affectus,

vires, ingenia homini insinuat, quod cum coactus faciat, omnia praerepta et animalibus tributa fuisse videntur. In toto autem harum fabularum ambitu nemo est, a quo hoc factum esse putari possit, quam Epimetheus, in quem praeterea cadit praepropere agere, ut est in hoc opere actum. Prior fabula mentem comparat cum vestimentis, armis, victus parandi solertia animalibus a natura datis atque insitis; alterius argumentum est humanae naturae cum animalibus cognatio, quatenus diversa singulorum plerorumque animalium ingenia in uno homine societatem coeunt. *) Parum noverit lyricam poesin antiquam, qui Horatium rem ejusmodi a se confictam tribus verbis obscure et quasi furtive intexuisse dixerit; immo etiamsi non additum esset *fertur*, neque *coactus* per se intelligi non posset, tamen non erat dubium, poetam respicere fabulam Graecorum ingenio nobilitatam. Ab Aeschylo illa aliena est; potest in comoedia vetere exornata fuisse. **) Alii ad naturam hominis explicandam commenti sunt, fere ut Pandarei filiabus in fabula ab Homero narrata deae omnes bona quaeque sua impertiunt, *deos singula sua homini tribuisse*, quod ex Democriti Physiologumenon libris sumtum Tiberianus in Prometheo narraverat, teste Fulgentio III, 7. In Prometheo autem quo minus Tiberianus etiam referret, quae ad ipsum Prometheum non pertinerent proxime, nihil quidem impediebat: sed suspicamur tamen, id ipsum, quod ex illa scriptione memoratum legimus, cum ad generis humani primordia spectet, et cum homini praeter divina bona etiam alia insint, quae cum animalibus communia habere videtur, cum fabula de Prometheo conjunctum fuisse, et quidem ita, ut Prometheum inter atque deos pacto convenerit, ut dii singula sua homini tribuerent, Prometheus ex animalibus decerpta singulis donis

*) Vet. Schol. *Timorem a lepore posuit, a vulpe astutiam, a lupo rapacitatem, ab equo velocitatem, a columbu libidinem, et ex reliquis reliqua, ac per hoc intelligitur nihil gravius esse homine.*

**) De Prometheo hominum fictore v. de Trilog. Aesch. p. 13.

coelestibus admisceret. Et apud Platonem quoque dii ipsi mortalium genera in terrae visceribus ex igni terraque effingunt, quae Prometheo et fratri ejus mandant ut sua cuique distribuerent ad vitam necessaria: Protagoram Platonicum autem apprime decet praeceptoris Democriti mythum allegoricum imitari atque variare. Haec si recte sumus argumentati, simul alia inventa est, et fortasse alteri praeferenda verbi *coactus* interpretatio; et haud scio an *addere limo principi* optime congruat illi narrationi, in qua animalia creantur a diis, excoluntur vel absolvuntur a Prometheo. Simonidis fabulam, ad quam tandem aliquando revertor, quamvis contraria sententia, respicit sive Anacreon, qui, cum jambos ipse scripserit, Simonideos profecto cognitos habuit, sive Anacreonticus poeta in hac oda:

> *Φύσις κέρατα ταύροις*
> *ὁπλὰς δ' ἔδωκεν ἵπποις,*
> *ποδωκίην λαγωοῖς,*
> *λέουσι χάσμ' ὀδόντων,*
> *τοῖς ἰχθύσιν τὸ νηκτόν,*
> *τοῖς ὀρνέοις πετέσθαι,*
> *τοῖς ἀνδράσιν φρόνημα.*
> *γυναιξὶν οὐκ ἔτ' εἶχεν.*
> *τί οὖν δίδωσι; κάλλος κ. τ. λ.*

Imitationem, quae medium aevum sapit, Aesopica fabula exhibet 320 ed. Fur. (274 Cor.) *Προμηθεὺς καὶ ἄνθρωποι. Προμηθεὺς κατὰ πρόσταξιν τοῦ Διὸς ἀνθρώπους ἔπλασε καὶ θηρία. ὁ δὲ Ζεὺς θεασάμενος πολλῷ πλείονα τὰ ἄλογα ζῶα, ἐκέλευσεν αὐτῶν τῶν θηρίων τινὰ διαφθείραντα, ἀνθρώπους μετατυπῶσαι. τοῦ δὲ τὸ προσταχθὲν ποιήσαντος συνέβη τοὺς ἐκ τούτων πλασθέντας, τὴν μὲν μορφὴν ἀνθρώπων ἔχειν, τὰς δὲ ψυχὰς θηριώδεις.* Non multo ingeniosius est, quod homines futuri providos a Prometheo, imprudentes ab Epimetheo eadem de materia fictos esse Claudianus ait in Eutrop. II, 490.

Phocylides Milesius, quamvis plus centum annis junior Simonide, antiquiorem tamen figmenti formam repraesentare videtur, quippe circumscriptam magis et simplicem. Praeter canem, apem, suem et equam in jambis mulierum ingenia comparantur cum vulpe, asina, mustela, simia; et poeta addit e terra fictam et ex mari natam, ut decem omnino classes existant. Hoc autem ordine ponit origines, ut suem, vulpem, canem excipiant terra atque mare, sequantur deinceps asina, mustela, equa, simia, apis. Indolem bestiarum paucis describit lineamentis, non tangit nisi quae maxime in quaque eminent, et universam picturam singularum personarum diversitate et contrarietate apte distinguit. Itaque ubi de immunda loquitur, interpres ne inducat negligentiam, socordiam; poeta enim a suis natura praeter sordes nihil ad mulierem transfert neque transferre poterat nisi hoc unum: *ἐν κοπρίῃσιν ἡμένη πιαίνεται.* In caninae feminae descriptione omnia ad loquacitatem et impudentiam spectant, quod probe animadvertit Nic. Loensis Epiphyll. II, 16, ob id ipsum vituperatus a Koelero, qui (propter Phocylidem et verbum *λιτουργὸν*) „iracundam nullaque justi et decori habita ratione rixarum studiosam, ferocem, audacem" notari putabat. Ex vulpe creata aeque callet bona atque mala, modo haec modo illa loquendo sequitur, non sibi constans. Vividissima est imago ejus, quam ex cane deus fecit atque hanc cum versuta conjunxit etiam Hesiodus Op. 67, ubi Pandorae Jupiter Vulcanum jubet:

ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος.

Jam post has poeta, cum duo mulierum genera observasset, quibus inter animalia non inveniret quae admodum similia essent, commode et ingeniose interponit terram et mare. *Terra* enim *corpus, at mentis ignis est,* ut Ennius ait in Epicharmo. Igitur, quae mentis expers sit, cassa sensu, stupida, nihil noverit praeter edendi artem, pigra et immobilis usque assideat et usque, quam nos ligneam diceremus

(Koelerus stultam et imprudentem dicit), terream vocat, eique opponit mari prognatam, quo quid mutabilius et inconstantius? Hanc egregie adumbrat; nec minus apta cum mari variabilis feminae comparatio, quam, qua poetae uti solent, amoris et amantium, ut Propertius ait II, 12, 7:

Scilicet alterna quoniam jactamur in unda,
nostraque non ullis permanet aura locis.

Fallitur Voelckerus noster in Mythologia Japetidarum p. 36, quod e terra fictam ad Pandoram refert, quam Simonides, a mythica abhorrens ratione, prorsus exclusit. Ad illius autem fictionem respexisse videntur Comici, Epicharmus in Comoedia, cui nomen *Γᾶ καὶ Θάλασσα*, et Pherecrates atque Diocles, Atticae Comoediae veteris poetae, in Thalatta, quae meretricum esse nomina conjeci in Diario scholastico 1830 p. 445. In asino tria sunt, quae in alia muliere vituperantur, contumacia, qua ad laborem instiganti renititur, voracitas et prompta semper lascivia seu promiscua voluptas. Alia suavitate et amoris illecebris carens, tori socia pessima est et minime jucunda, a Venere alienior, ut mustela, de qua hoc quidem alii veterum non memorant, sed multa alia fabulati sunt, ut quod ore dicebatur partum edere. Mustela non ea est, quam *βδέουσαν* dixerunt veteres, de qua cogitavit interpres antiquitatis atque poeseos et picturae quoque studiosissimus nobisque amicissimus, G. C. Braun, Professor Moguntinus, vita nuper defunctus, sed quam domesticam dicas, cum felium loco esset: *haec, quae in domibus nostris oberrat*, ut scribit Plinius XIX, 4, 16. Hic mustelae usus tangitur in Batrachomyomachia v. 52, ne de Galeomyomachia dicam, tum in fabula de partu Alcmenes *) et in vetere Aesopica fabula, ad quam Aristophanes et Strattis alludunt. Huic igitur similis mulier adeo vorax est, ut vicinorum quoque domos pervagetur et perscrute-

*) Ovid. Metam. IX, 323. Lucian. Tim. 21. Perizon. ad Aelian. V. H. XIV, 4. Muncker ad Anton. Liber. 29.

tur (catillare vocant Latini veteres) et carnem sacris destinatam, antequam diis libatum fuerit, ligurriat et furetur. Voracitas autem utrum in mulieribus quibusdam cum altero illo mustelarum vitio conjuncta esse soleat, an ab his forte arreptum ad illas velut cumulus accedat, viderint alii. Lepide et ad naturae vitaeque veritatem apte describuntur mulier speciosa, superba, munditiarum studiosa, instar equi, et deformis, simiae similis, quae adspicientium risum movet neque curat risum hominum. Ultima est apis, sive mulier bona, mariti felicitas, a ceteris, ut par est, separata, simulque, quo magis conspicua sit, in medio carminis collocata. Ea enim elogio pleno et venusto celebrata, ad illas poeta redit, quas in perniciem virorum et in pestem humanitatis Jovem creasse contendit. Ad rem est, quod thesin suam: *Ζεὺς γὰρ μέγιστον τοῦτ' ἐποίησεν γυναῖκας (τὰ ἄλλα φῦλα)*, in exitu repetit, cui praeterea pondus addit Helena et caede virorum pro illa pugnantium cum indignatione memorata; *) discrepans in hoc ab Hesiodo in Operibus (166—175.) Atque hic nescio, quid sibi velit Heynius, cui haec pars, qua carmen optime absolvitur, et in qua omnia eximie inter se cohaerent, non integra esse et omni nexu carere videatur. Scribit enim in Epistola Koeleri editioni praefixa p. XXIII: „*Quae sequuntur inde a v. 94 ad finem partim hiulca et luxata, partim corrupta et interpolata, seu exscriptoris, seu librarii culpa esse recte vidisti;* **) *et in iis restituendis frustra laboret aliquis. Omnino Joannes Stoben-*

*) Boettigerus l. supra c. totum carmen in Helenam scriptum fuisse conjiciebat, immo affirmabat: *Wahrscheinlich ein Spottgedicht auf die Helena. Diess beweiset der Schluss des Ganzen hinlänglich.*

**) Koelerus ad v. 94: „*Mihi versus scabri videntur atque corrupti, nec auctor sim alicui, ut his atque sequentibus immoretur, in quibus ἀκρίβεια atque bonus verborum atque sententiarum nexus desiderantur; passim enim nonnulla vel excidisse vel male esse descripta atque interpolata, in propatulo est.*“ Ad v. 106. „*Ceterum suspicor, ante hunc versum nonnulla excidisse; nam non bene cum superioribus cohaeret.*“

sis ea multis omissis per intervalla exscripsisse videtur: ita ut non pro continuo carmine, sed pro excerptis e medio versibus, nec, ut suspicor, ex uno Simonide, habeam reliqua. Neque adeo sententiarum nexus in iis esse ullus potest. In v. 95 *ἔστιν τε πάντα latere potest πῆμα.* Vs. 98 *tollendum esse tecum censeo; sed idem arbitror insititium esse* v. 100: *ἅπασαν, ὅστις σὺν γυναικὶ πέλεται: qui et ipso metro vacillat: etsi a Brunckio, severissimo in aliis judice, ferri versum quamvis putidum videam. Verum et ipse v.* 96: *Ζεὺς γὰρ μέγιστον, mox iterum appositus* v. 115, *plura in h. l. illata esse docet: junctura enim esset multo melior, 'si post καὶ παρ' ἀνδράσι μένει, sequeretur: Ζεὺς γὰρ — καὶ δέσμον ἀμφέθηκεν.* *) *A v.* 112 *alia procedit sententia, in qua nec μεμνημένος sanum esse arbitror; iterum novum fragmentum a v.* 115 *Ζεὺς γὰρ μέγιστον.*" Quae satis sit exscripsisse: taedet enim argumentis redarguere suspiciones tam leves et rationibus oppugnare criticen tam fastidiosam atque morosam. F. A. Wolfius, qui hos jambos attente legisse videtur, de integritate non dubitabat. **)

Simonides severam Hesiodi de muliebri sexu doctrinam, magis fortasse antiquitatis studio quam serio exprimit; unde fit, ut parum inter se congruant Boeotica illa acrimonia et quae de femina bona dicit. Hesiodus quidem et ipse in Operibus et diebus longe aliter sentit; in Theogonia autem, quod in vetere Graecorum theologia inerat, mali originem esse in muliere, cum Pandora creata furtum Promethei puniatur, et beneficia hominibus data novis malis exaequentur, ***) hoc modo explicat (590):

Ἐκ τῆς γὰρ γένος ἐστὶ γυναικῶν θηλυτεράων.
τῆς γὰρ ὀλώϊόν ἐστι γένος καὶ φῦλα γυναικῶν,

*) Recte Koelerus: „*Hic versus modo adfuit — neutro vero loco salvo contextu et sensu tollitur.*"

**) „*Ein vollständiges Gedicht über die Weiber.*"

***) Hesiod. Op. 54—105 cf. Trilog. Aeschyl. p. 72—76.

πῆμα μέγα θνητοῖσι μετ' ἀνδράσι ναιετάουσιν,
οὐλομένης πενίης οὐ σύμφοροι, ἀλλὰ κόροιο.
ὡς δ' ὁπότ' ἐν σίμβλοισι κατηρεφέεσσι μέλισσαι
κηφῆνας βόσκουσι, κακῶν ξυνήονας ἔργων,
αἱ μέν τε πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
ἠμάτιαι σπεύδουσι, τιθεῖσί τε κηρία λευκά,
οἱ δ' ἔντοσθε μένοντες ἐπηρεφέας κατὰ σίμβλους,
ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται·
ὣς δ' αὔτως ἄνδρεσσι κακὸν θνητοῖσι γυναῖκας
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης θῆκε, ξυνήονας ἔργων
ἀργαλέων· ἕτερον δὲ πόρεν κακὸν ἀντ' ἀγαθοῖο·
ὅς κε γάμον φεύγων καὶ μέρμερα ἔργα γυναικῶν
μὴ γῆμαι ἐθέλῃ, ὀλοὸν δ' ἐπὶ γῆρας ἵκηται,
χήτει γηροκόμοιο, ὅγ' οὐ βιότου ἐπιδευὴς
ζώει, ἀποφθιμένου δὲ διὰ κτῆσιν δατέονται
χηρωσταί· ᾧ δ' αὖτε γάμου μετὰ μοῖρα γένηται,
κεδνὴν δ' ἔσχεν ἄκοιτιν, ἀρηρυῖαν πραπίδεσσι,
τῷδε γ' ἀπ' αἰῶνος κακὸν ἐσθλῷ ἀντιφερίζει
ἔμμεναι· ὃς δέ κε τέτμῃ ἀταρτηροῖο γενέθλης,
ζώει ἐνὶ στήθεσσιν ἔχων ἀλίαστον ἀνίην.

Fuci igitur huic omne genus est mulierum, fere ut Ecclesiasti, *) nullae apibus similes; quem Simonides imitatur eatenus, ut exceptis illis, quae ex ape progeniem ducant, et quarum numerum non definit, reliqua mulierum genera omnia merum malum esce dicat, etiamsi fructum aliquem habere

*) Ecclesiast. VII, 25—29. Ἐκύκλωσα ἐγὼ καὶ ἡ καρδία μου τοῦ γνῶναι καὶ τοῦ κατασκέψασθαι καὶ τοῦ ζητῆναι σοφίαν καὶ ψῆφον, καὶ τοῦ γνῶναι ἀσεβοῦς ἀφροσύνην καὶ σχληρίαν καὶ περιφοράν. καὶ εὑρίσκω ἐγὼ αὐτήν, καὶ ἐρῶ πικρότερον ὑπὲρ θάνατον σὺν τὴν γυναῖκα ἥτις ἐστὶ θήρευμα, καὶ σαγῆναι καρδία αὐτῆς, δεσμὸς εἰς χεῖρας αὐτῆς. ἀγαθὸς πρὸ προσώπου τοῦ θεοῦ ἐξαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς, καὶ ἁμαρτάνων συλληφθήσεται ἐν αὐτῇ. ἴδε τοῦτο εὗρον, εἶπεν ὁ Ἐκκλησιαστής· μία τῇ μιᾷ τοῦ εὑρεῖν λογισμόν, ὃν ἐπεζήτησεν ἡ ψυχή μου, καὶ οὐχ εὗρον· καὶ ἄνθρωπον ἕνα ἀπὸ χιλίων εὗρον, καὶ γυναῖκα ἐν πᾶσι τούτοις οὐχ εὗρον. πλὴν ἴδε τοῦτο εὗρον, ὃ ἐποίησεν ὁ θεὸς σὺν τὸν ἄνθρωπον εὐθῆ· καὶ αὐτοὶ ἐζήτησαν λογισμοὺς πόλλους.

videantur. Quae quo magis generalis est sententia, eo minus asperitate ejus offendimur. Eadem protervitate Hipponax ait:

Δύ' ἡμέραι γυναικός ἐστιν ἥδισται·
ὅταν γαμῇ τις κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν.

Multo majorem vim habet singulorum mulierum generum descriptio. Sit illa non sine bile scripta, qua carere vitio vertit Archilochus: *χολὴν γὰρ οὐκ ἔχεις ἐφ' ἥπατι*, et quam Lessingius optimum esse in homine dixit: at sunt tamen vitia, quae poeta taxat, ejusmodi, ut non morum temporumque pravitas inde appareat, ut ex Euripidis et Menandri fabulis, quorum *μισογυνεία* non ad ipsorum, sed ad mulierum suae aetatis ingenia exigenda est. Quas si quis ex horum poetarum, Theophrasti aliorumque aequalium scriptorum notationibus cum Simonidis mulieribus accuratius componere velit, magis operae faciat pretium, quam generali instituta vitae domesticae Graecorum Romanorumque cum nostra comparatione. Nihil est in his jambis, quo publicos mores depravatos, nullis vel legibus vel *γυναικονόμοις* in nova colonia sustentatos fuisse arguatur; neque sermo est nisi de ingenuis et civium uxoribus; meretricum extant vestigia ex altero jamborum libro. Quare in hanc sententiam eundum est, ut severitatis et malignitatis caussam altius repetamus nullamque aliam esse dicamus, quam ex qua variis temporibus, magis tamen antiquis cujusque populi et morum austeritate insignibus, quam excultioribus et mollioribus, viri in feminis judicandis iniquiores esse soliti sunt et ad plurimas cum singulis confundendas propensi, ut Creusa ait apud Euripidem in Jone (412):

τὰ γὰρ γυναικῶν δυσχερῆ πρὸς ἄρσενας,
κἂν ταῖς κακαῖσιν ἁγαθαὶ μεμιγμέναι
μισούμεθ'· οὕτω δυστυχεῖς πεφύκαμεν.

Scilicet, stat pro ratione voluntas; fortiores erga infirmiores non vi solummodo, sed verbis etiam injuste agunt, et intima

ratio plurimarum, quae in omnibus linguis extant sententiarum de mulieribus, quatenus a veritate et humanitate abhorrent, non diversa est ab ea iniquitate, qua optimates de plebe, divites de pauperibus temere saepe et contemptim loquuntur; ex hoc fonte, non ex indole muliebri, et innumeris aliis dictis veterum pete explicationem et illi Agamemnonis in Odyssea (XI, 432), qui Clytaemnestrae facinus etiam in posterum feminas quamvis recte viventes dedecore perfusurum esse ait. In quo poeta morem hominum expressit, optime adumbratum a vetere poeta gnomico Theotisco imprimis intelligenti. *) Igitur quidquid a Simonide pinguius dictum videtur, **) id omne ad argumenti popularis, hoc modo et acerbo sermone tractari soliti rationem referendum videtur; nam poeta arte et linguae versusque usu adeo callet, ut etiam dissimulare valeat artem.

De universa poematis ratione et indole bene judicat Addisonus; ***) non illepidum illud vocat Valckenarius ad Ammonium p. 146, lepidissimum carmen Brunckius ad Oe-

*) *Vridankes Bescheidenheit* ex editione Guil. Grimmii, omnibus illa numeris absoluta, Goetting. 1834 p. 102 s.

**) Vere F. A. Wolfius: *Das Gedicht ist in derber, bittrer Sprache.*

***) In Spectatore l. c. ubi illud Anglice vertit. *Simonides, a poet famous in his generation, is I think, author of the oldest satire that is now exstant; and, as some say, of the first that was ever written. — As the poet has shewn a great penetration in the diversity of female characters, he has avoided the fault which Juvenal and Monsieur Boileau are guilty of, the former in his sixth, and the other in his last satire, where they have endeavoured to expose the sex in general, without doing justice to the valuable part of it. Such levelling satires are of no use to the world, and for this reason J have often wondered how the French author above mentioned, who was a man of exquisite judgment and a lover of virtue, could think human nature a proper subject for satire in another of his celebrated pieces, which is called The satire upon man.* Eodem errore laborat poetae Hispani *de Hernan Mexia* carmen, cujus lemma est *Descubre los defectos de las mugeres*, v. *Cancionero general* et *Poesias escogidas de nuestros cancioneros y romanceros antiguos; continuacion de la coleccion de D. Raman Fernandez* T. XVI *en Madrid* 1796 p. 8—16.

dipum Col. 371. Heynii de eo sententiam, nostrae partim contrariam, ipsius verbis ex Epistola ad G. D. Koelerum editioni praefixa p. XIV apponam. „*Alienum*, ait, *a nostrorum temporum genio et elegantia, forte ab ipso humanitatis sensu, videri poterit argumentum, quod in depravatis feminarum moribus objurgandis versatur; inprimis cum ipsa ratio, qua illud persequutus est poeta, ingenium ejus parum liberale ac venustum prodat. — Habent tamen ipsae poetae sententiae multa diligentiore consideratione dignissima, si quis ad mores istorum temporum domesticos cognoscendos animum adverterit: notabilem enim morum et opinionum a nostrorum hominum sensibus diversitatem in iis occurrere. Si quid enim est, in quo vita nostra ab Romanorum Graecorumque moribus institutisque discrepet, vitam domesticam esse dixeris inque ea feminarum conditionem et fortunam.*" Cujus rei rationibus expositis pergit p. XVIII. „*Haec tanta vitae domesticae diversitas, si cum nostra compares, diversitatem quoque vitiorum ac virtutum afferre debuit: virorum quoque animadversionem acerbiorem minusque liberalem. Quae si quis apud animum suum reputaverit, assequatur ille, quomodo fieri potuerit, ut cum in aliis veterum, Euripidis inprimis, locis, tum in hoc Simonideo carmine, mulierum ingenia adeo flagitiosa, et quidem oratione tam parum verecunda et liberali, descripta sint. Ipsa mulierum vitia, quae ab immundis animantibus petuntur, vitam illorum temporum domesticam, ejusque corruptelas, non tam ab hominum ingeniis, quam ex institutorum et vitae publicae privataeque ratione profectas, arguunt. Ita mulierum in gynaeceo desidentium ingenia ad socordiam, luxuriam, immunditiem, proniora esse necesse est; quae autem vividiora et acriora sunt, cum in tenuibus et exilibus curis, inter servarum et concubinarum rixas et bella, contineantur, canina rabie insanire nemo miretur. — Carmen, quod tibi illustrandum sumsisti, non modo excusari a te, verum etiam laudari ac probari,*

feram hactenus, si antiquitatem ejus ac simplicitatem, orationis elegantiam et gravitatem praedicandam esse putaveris. Quod poetae ingenium et artem virtutemque poeticam commendare allaboras, in eo vix assentientem habebis me. Sive enim inventi felicitatem, sive tractationis artem respicias, in neutro poeta magnam sibi paravit laudem. Ab animantibus repeti vitia, res sane erat satis obvia: sed expectares, ut bonum faceret dilectum, et ad morum diversa genera diversa animantium ingenia disponeret atque collocaret. At ille non modo haec parum curae habuit; verum judicio vix probando interposuit etiam ingenia ex terra et ex mari nata (v. 21. 27.) *Interea, ut hoc attingam, occurrunt animantium proprietates forte iis ipsis, qui in naturae cognoscendae studiis versantur, cognitu haud injucundae.*" Haec Heynius. Boissonadius in praefatione ad Gnomicos poetas Graecos Simonidem ait *indolem mulierum allegoria ingeniosa et faceta satis, si satis brevi, perstrinxisse.* Equidem vellem copiosius etiam mores Samiarum vel Amorginarum mulierum descripsisset, qui nec in Theophrasto prolixitate offendar.

Feminarum genealogia Graeca prosa seculo nono a Theodosio Melitino, de nuptiis Theophili et Theodorae, expressa est, Latinis versibus a Taubmanno, Grotio et Buchanano, de quibus v. Chr. D. Beckius ad Fabricii Biblioth. Gr. Vol. II p. 145, aliquoties etiam in nostram linguam conversa. *) Beckius „sententias et fragmenta" Simonidis etiam *Fr. Sylburgii collectioni de mulieribus* inesse dicit, quo libro aegre carui. *Georgii Davidis Koeleri* editio a. 1781 Goettingae sumtibus viduae Vandenhoek, XXIV et 103 pp. impressa est. In quo judicium quidem acre et rectum interdum desideratur, diligentia, etiam in grammaticis rebus, laudabilis est. Ex notis ejus, quae ad rem vel minimum faciant, excerpsi,

*) Der Zuschauer, aus dem Englischen 1782 Vol. III p. 260. Lyra von Lindemann 1824 Vol. II p. 121. Die Weisen von Hellas als Sänger von G. C. Braun 1826 p. 243.

Brunckii notas dedi integras, itemque lectionis varietatem ex nova Stobaei editione illibatam, aliquoties tamen ex antiquis ipsis correctam. Henr. Stephanum, quem Gaisfordius omnino neglexit, Koelerus animadvertit secutum esse videri Gesnerum, non pauca tamen immutasse, utrum ope codicis, an ex ingenio, se nescire. Non dubito ego, codicem ab illo non esse adhibitum. Carmen, quod olim valde corruptum dici poterat, nunc sine offensione, id quod novae codicum collationi maximam partem debetur, paucis exceptis locis, legi potest.

---

1. χωρὶς junge cum ἐποίησεν, *non uno modo*, γυναικὸς collective dictum est. Recte Gesnerus: *Mulieris mentem seorsim creavit deus*, et Grotius: *Non unam feminae mentem finxit deus*. Schaeferus ad Dionys. de compos. verb. p. 292 confert Aesch. Agam. 1369, τὸ γὰρ τοπάζειν τοῦ σάφ' εἰδέναι δίχα. Sophocl. Oed. Col. 808 χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια. Male H. Steph. *Primum seorsum a femina mentem deus creavit*, et Blomfieldius ad Aeschyli Agam. 620 *seorsum a viris*. Ceterum θεὸς ἐποίησεν, v. 7 τὴν ἐξ ἀλιτρῆς θεὸς ἔθηκ' ἀλώπεκος, ut v. 25 ἂν κακὸν χειμῶνα ποιήσῃ θεός, discrepat a vulgari et ab Homerico usu dicendi, quem infra poeta v. 72. 93. 96. 115 sequitur, et philosophicae rationis incrementa haec locutio demonstrat.

2. ταπρῶτα, principio rerum; quare non scripsi τὰ πρῶτα. 4. κυλίνδεται B.

5. ἄπλουτος ἐν ἱμάσιν Trincav. ἄπλυτος τ' ἐν ἱμάσιν Gesn. Grot. Copula deest A. εἵμασιν Voss. Brunck. c MS. (non mutato adjectivi casu ἄπλυτος) εἱμάσιν Arsen. B. ἀπλύτοις τ' correxerunt Koelerus, Gaisf. in Poet. min. Valckenaerius, Schaeferus ad Dionys. de compos. verb. p. 62. Simili errore in Anacreontis versu ap. Athen. XII p. 533 e νεόπλουτον scriptum est pro νεόπλυτον.

6. *εἱμένη* Arsen. H. Steph. *εἱμένει* A. *ἐν κοπρίῃσιν,* v. 60 *κόπρος,* pulvis, immunditia, ut ap. Hom. Il. XXII, 414 *κυλινδόμενος κατὰ κόπρον*, XXIV, 164 *ἀμφὶ δὲ πολλὴ κόπρος ἔην κεφαλῇ τε καὶ αὐχένι.*

7. Interpunctiouem minorem ante *γυναῖκα* delevi.

10. *τὸ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστι* Gesn. H. Steph. Brunckius, quum in Codice reperisset *τὸ μὲν γὰρ αὐτό γ' εἶπε*, cum nota in margine ad vocem *αὐτό* (vel potius ad *αὐτό γ'*) pertinente: *γρ. αὐτῶν*, tamen neque *εἶπε* recepit, neque *αὐτῶν* retinuit, sed edidit *αὐτῆς ἐστι*, eumque secuti sunt Koelerus et in Poet. min. Gaisfordius, qui in Stobaeo veram lectionem revocavit. *αὐτῶν εἶναι* N. Trincav. *εἶπε* A. *γ' εἶπε* B. *εὖ* Arsen. *εἰ* (σ) Voss. *κακῶν* Voss. Cum omnia sciat, eorum nunc quod bonum, nunc quod malum est, loquitur, prout lubet, mente variabili. Particula *γὰρ* igitur hic est explicativa. Cf. v. 115.

11. *ἄλλοτ' ἀλλοίην* ut Hesiod. Op. 485 *ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος Ζηνὸς νόος.* ib. 826 *ἄλλος δ' ἀλλοίην αἰνεῖ.* Pind. J. IV, 8 aliique. *ὀργὴν mores*, ut recte vertunt Gesnerus et Grotius, *ingenium, animi affectus*; Koelerus *voluntatem*, *libidinem.* Ita v. 42 mari similis *ὄργην, indolem.* Hom. H. in Cer. 205 *ἣ δή οἱ καὶ ἔπειτα μεθύστερον εὔαδεν ὀργαῖς,* ubi Ruhnkenius laudat Alcmanis vel Bacchylidis versum: *ἐν μὲν ἀνθρώπῳ ὀργαὶ διακεκριμέναι μυρίαι.* Hesiod. *ἔργ.* 302 *κηφήνεσσι κοθούροις εἴκελος ὀργήν.* Tyrt. ap. Stob. L, 7 v. 8 *εὖ δ' ὀργὴν ἐδάητο ἀργαλέου πολέμου,* ubi Grotius perperam interpretatur *furorem belli* ut in nostro Buchananus *iram.* Sappho fr. 29: *Ἀλλά τις οὐκ ἔμμι παλιγκότων ὀργάν, ἀλλ' ἀβάκην τὰν φρέν' ἔχω.* Theognis 964 *ὀργὴν καὶ ῥυθμὸν καὶ τρόπον ὅς τις ἂν ᾖ.* Idem 98. 213. 1059. 1072. 1258. 1301. Pindarus Pyth. I, 89 *εὐανθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ παρμένων.* II, 77 *ὀργαῖς ἀτενὲς ἀλωπέκων ἴκελοι.* IX, 43 *μείλιχος ὀργά.* Nem. V, 32 *τοῦ μὲν ὀργὰν κνίζον αἰπεινοὶ λόγοι.* Isthm. IV, 34 *μεγαλήτορες ὀργαὶ Αἰακοῦ παίδων τε,*

Aeschylus Prom. 80 *ὀργῆς τε τραχύτητα.* 378 *ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.* Similiter saepe utitur Sophocles, aliquoties Euripides, Aristophanes. Hippocrates de aere, aquis et loc. p. 283 *λαμπρόφωνοί τε οἱ ἄνθρωποι ὀργήν τε καὶ ξύνεσιν βελτίους εἰσὶν τῶν πρὸς βορέην.* p. 290 *ἀφ' ὅτων εἰκὸς τὴν ὀργὴν ἀγριοῦσθαι.* Cf. Foes. Oecon. Hippocr. s. v. Herodotus I, 73 *ὀργὴν οὐκ ἄκρος*, ut V, 124 *ψυχὴν οὐκ ἄκρος* (falluntur enim nostra quoque sententia qui illic negationem ejiciunt), idem III, 131 *ὀργὴν χαλεπῷ.* VI, 128 *τῆς τε ἀνδραγαθίης καὶ τῆς ὀργῆς καὶ παιδεύσιός τε καὶ τρόπου.* Thucydides I, 130 *τῇ ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο.* 140 *εἰδὼς τοὺς ἀνθρώπους οὐ τῇ αὐτῇ ὀργῇ ἀναπειθομένους* (ubi Schol. explicat *διανοίᾳ, τρόπῳ, σκοπῷ*), III, 82 *ὁ πόλεμος πρὸς τὰ παρόντα τὰς ὀργὰς τῶν πολλῶν ὁμοιοῖ.* Theocr. XXIII, 13 *φεῦγε δ' ἄπο χρὼς ὕβριν τᾶς ὀργᾶς περικείμενος.* Hesychius *ὀργή, τρόπος, μανία, θυμός.* Id. v. *ὀργᾶ* [*ὀργαί*], *μανίαι, θυμοί, ἐπιθυμίαι, ἦθος*, et v. *ἐπ' ὀργῇ, ἐπὶ τρόπῳ*, item v. *δίχολοι γνῶμαι.* Quare videndum, ne Aristoteles in libro *περὶ παθῶν ὀργῆς* aliud quid exposuerit quam *de perturbationibus irae.*

12. *λιτοργὸν* A. Voss. Arsen. Trinc. H. Steph. Gesnerus ex conjectura, ut videtur, posuit *λιτουργὸν*, in margine tamen annotato *λιτοργὸν*, quem secuti sunt Brunckius et Gaisfordius in utraque uterque editione. Vocabulum non aliunde est cognitum: nam quod Hesychius habet: *λιτουργόν, κακοῦργον*, ex Simonide sumtum esse probabiliter conjicit Valckenarius ad Ammon. II, 16 p. 146. Et verbum, quod apud Ammonium legimus v. *λητουργεῖν — τὸ δὲ λιτουργεῖν, κακὰ λέγειν*, ab adjectivo ipse formasse videtur, quia aptius cum verbo *λειτουργεῖν* verbum, quam adjectivum, componi videretur. Valckenarius, cum Gesnero, vertit *maledicam*, quod et a *κακοῦργον* diversum, et a Simonidis verborum contextu prorsus alienum est. Koelerus reddit *malignam.* Ludovicus Doederlein, qui in Lat. Synon. IV p. 404

λιτουργὸν pro Homerico ἠλιτόεργον acceperat, in Lectt. var. hexade Erlang. 1833 p. 4, quia nullus veterum scriptorum λιτουργὸς eo, quo volunt Grammatici, sensu dixerit, nec si quis dixisset, rationem ipse intelligat etymologicam et analogiam, vulgarem adjectivi (λειτουργὸς) usum retinens de ea femina cogitat, „*quae tanquam una τῶν ἐκκλησιαζουσῶν rebus publicis operam suam navare, quam domo suae praeesse velit, ultra quam sexus patitur curiosa, garrula, industria et quae virilibus curis animum muliebrem exuerit,*" et proinde in crimen impudentiae, cujus canis quasi symbolum sit, incurrat. In qua deducenda significatione viro amicissimo assentiri non possum, quamvis etiam magnus Grotius idem fere secum reputasse videtur, qui λειτουργὸν emendet et vertat: *At quae parentem s e d u l a expressit canem.* Et λειτουργὸν etiam Toupius probat Emend. in Hesych. P. 3 p. 313. Adjectivum λιτὸς latiorem habet significationis ambitum et fines paulo incertiores; est enim *simplex*, *tenuis*, *vilis*, fere ut a nostro *schlicht* varii sunt notionum transitus ad *schlecht*, quamvis vocabuli origo non diversa. Ad compositi analogiam Sapphoni restituimus λιτόχαρις fragm. 27 ed. Neuianae: σμικρά μοι, παῖ, ἔμμεναι φαίνεαι κἄχαρις. Nam λιθόχαρις ap. Schol. Pind. P. II, 75 vulgari ἄχαρις praeferendum esse et genuinae lectionis vestigia servare, sponte intelligitur. Tertium exemplum est λιταργός, *celer*, λιταργὸς κύων, allatum ab Etymologo et Zonara, qui male ad λίαν referunt: σημαίνει τὸν ταχύν, παρὰ τὸ λίαν ἀργὸν εἶναι ἤγουν ταχύν. Suidas: λίταργος, ἀργός. Canum igitur hoc videtur epitheton esse proprium, oppositum nobiliori κύνες ἀργοί. Hinc etiam propria significatio emergit verbi ab adjectivo derivati apud Aristophanem Pac. 561 εἶθ' ὅπως λιταργιοῦμεν, Nub. 1254 οὔκουν ἀκούσας τι θᾶττον ἀπολιταργιεῖς ἀπὸ τῆς θύρας; Ubi Schol. λιταργισμοὺς ἐκάλουν τὰ σκιρτήματα; alius αὐτοσχεδιάζων impudentissime: ἀποδραμῇ — ἀπὸ τῆς θύρας· ἥτις ἐστὶν ἡ λίτη. Illud λιταργὸς Wakefieldius Silv. crit.

Vol. I p. 35 Simonidi obtrudit et in eandem conjecturam olim incidit Vir doctus, qui in Mich. Neandri Aristologia Pindarica *) p. 395 ad marginem eam adscripsit in exemplari bibliothecae Bonnensis. Nemo animadvertit *λιτοργὸς* ab *ὀργὴ* derivari, quo poeta versu proxime praecedente et v. 42 utitur. Sic autem et librorum stat lectio, et etymologica ratio salva est, nec ad sensum aliquid desiderabis. Comparanda sunt *εὔοργος*, in senario corrupto ap. Hesychium v. *εὐόργοις*, quod Lexicis hinc addendum est, et quod Ruhnkenius ap. Xenophontem Mem. II, 6, 5 pro *ἐΰορκος* praeter necessitatem reponere volebat, *εὐόργητος*, ap. Thucyd. I, 122, Eubulum Comicum. Plutarchum, et *εὐοργησία*, ap. Eurip. Bacch. 641 et Hippol. 1038, ubi v. quae a Valckenario annotata sunt. Schol. Thucyd. l. c. *εὐοργήτως*, *εὐτρόπως*. Hesych. *εὐόργητος, ὁ τῇ ὀργῇ* (affectu) *εὖ χρώμενος*. Phot. et Suid. *εὐόργητος, πρᾶος*. Magnopere fallitur H. Stephanus cum in Simonidis jambis *ὀργὴν* utroque loco interpretans *iram*, postquam Gesnerus recte verterat, tum in Thucydide, cujus Scholiasten in Thesauro l. Gr. refellere conatur. *εὐοργήτως* explicat *animo non nimis effervescente in iram, non nimis stomachoso, moderante suae irae et quasi sciente bene irasci.* Argumento autem utitur falsissimo, *ὀργὴ pro τρόπος nullum verbum formare.* Praeter *λιτοργὸς* et *εὔοργος* (vel rectius *εὐοργός*) tria praesto sunt vocabula, *δυσοργός, λεωργός* et *λαοργός*, quae quum nondum recte accepta, sed fere ad *ἔργον*, in sexcentis compositis usurpatum, relata sint, ex hac demum vocabuli *ὀργὴ* significatione et alia cognata explicabimus. Eodem enim errore, quo Hesychius *λιτουργὸν* posuit interpretatus *κακοῦργον*, *δυσοργὸς* idem reddit *κακόεργος*, quasi esset *δύσεργος*, et apud Sophoclem Aj. 1017, teste Zonara p. 577, quidam pro *δυσοργὸς* scribebant *δυσεργὸς*,

*) Simonidis Cei fragmenta Pindaro adjuncta sunt, interque ea quaedam Amorgini leguntur fr. I. II. IV, VII et carminis in mulieres triginta primi versus.

quamvis eadem duobus aliis locis poeta utitur. Ita apud Thucyd. I, 122 unus codicum mendose εὐεργήτως habet et ap. Hippocr. de aere aquis et locis p. 228 scriptum erat εὐεργοτέρα, quod correxit Heringa Observ. c. 6 p. 49, tracta illuc Galeni glossa: εὐοργητοτέρα, εὐτροπωτέρα· ὀργαὶ γὰρ οἱ τρόποι. Hujus immemor significationis Suidas: δύσοργος interpretatur ὀξύχολος apud Sophoclem Aj. 1017 et Philoct. 377. Etiam ap. Dionysium Hal. A. R. VI, 47 et VII, 31 δυσοργήτως male redditur *iracunde;* utroque enim loco oppositum est γενναίως et Scholiastae Aristophanis Vesp. 1065 (1024) ὀργὴ est γενναῖον φρόνημα. Idem error in Hippocrate committitur in verbis δυσοργία, δυσοργησία. Accedimus ad Jonicum λεωργός, quod ab Archilocho mutuati sunt Aeschylus Prom. 5 et Xenophon Mem. I, 3, 9. In quo prius vocabulum esse λέως, quo Archilochus utitur: λέως γὰρ οὐδὲν ἐφρόνεον, recte Hermannus animadvertit ad Sophocl. Antig. 1261, probante Boeckhio in Corp. Inscr. Vol. I p. 11. Sed alterum non potest esse ἔργον, de quo solo et veteres cogitant, inter quos est Hesychius λεωργόν, κακοῦργον, πανοῦργον, ἀνδροφόνον. λιωργός, *) κακοῦργος, et recentiores, quia ἔργον nunquam in malam partem accipitur, in verbo autem cum λέως juncto amphibolia insit oportet, sine qua totum eam, quam habet, significationem nancisci non poterat. Ab ἔργον est λειουργὸς, quod Boeckhius in C. J. n. 9 p. 23 cf. p. 285 restituit in vetere inscriptione, collato titulo de templo Minervae Poliadis; nam ἡ λεία ἐργασία, λεῖα ποιεῖσθαι est *planum efficere, polire* marmor, fere ut λειοκονίασις dicitur. **) In λεωργὸς ὀργὴ est *ardor, animi impetus, cu-*

*) Hesych. λέως, λιολεθρία l. λιωλεθρία. Idem λείως, ῥᾳδίως, δεινῶς, σφόδρα, τελείως, καλῶς. Huc etiam λίαν pertinet. Etiam in nostra lingua verbum *glatt* eandem significationem adscivit, *völlig, ganz, im gemeinen Leben, besonders Niedersachsens*, Adelung. in Lexico.

**) Barkerus in Epist. crit. ed. Schaeferum in Diar. Class. 1815

piditas, petulantia, ut apud Aeschylum Suppl. 744 *ματαίων ἀνοσίων τε κνωδάλων ἔχοντες ὀργάς,* Thucyd. V, 70 *ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες,* Plutarch. in Caton. min. p. 762 e *ὀργὴ καὶ νεότητι τρέψας ἑαυτὸν εἰς ἰάμβους, πολλὰ τὸν Σκιπίωνα καθύβρισε,* Porphyr. de abstin. III, 26 p. 285 *τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ ὀργῶν μεμαρασμένων* ubi v. de Rhoer. Pseudophocylides 57:

Θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφορα τεύχει·
ὀργὴ δ' ἐστὶν ὄρεξις, ὑπερβαίνουσα δὲ μῆνις.

Frequentius est verbum *ὀργᾶν, κατοργᾶν, ὀργᾷ ὀχεύεσθαι, ὀργᾶν πρὸς ὀχείαν,* Aristot. H. A. passim, *ὀργῶντες κρίνειν τὰ πράγματα* Thucyd. VIII, 2. *ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα,* Anonymus ap. Suid. s. v. Plura v. ap. Ruhnk. ad Tim. s. v. Primitiva verbi vis est *ὀ-ρέγειν, regen, reichen, recken,* non *turgere,* neque ejusdem radicis est *ἔργον.* Quod Photius in Lex. addit: *Δωριεῖς δὲ διὰ τοῦ ου λεουργόν,* falsum est: Dores *λεουργὸν* potius mutassent in *λεωργόν,* ut *δαμιουργὸς* in *δαμιωργόν.* Relinquitur *λαοργός, ἀνόσιος, Σικελός* (l. *Σικελοί*) ap. Hesychium, quod Dahlerus in Lex. Voc. peregrin. cum *λεωργὸς* confundit, et fallax sane est in *λεωργὸς* et *λαοργός,* ut in *λειουργὸς* et *λεωργός, λειτουργὸς* quoque et *λιτοργός, λιταργός,* mira diversarum et verborum et significationum externa similitudo. In *λαοργὸς* autem cum *ὀργὴ* junctum est adjectivum, quod nomini *Λάϊος* subest et in compositis aliis pluribus comparet, ut in *λαίμαργος, λαίσιτος, λάσιτος.* V. Ruhnken. Epist. cr. I p. 171 ad Hesiod. Op. 546. Trilog. Prom. p. 355. Hesych. *λαί, ἐπὶ τῆς αἰσχρουργίας.* Vides *ἀνόσια κνώδαλα* apud Aeschylum eodem sensu esse accipienda, quo *λαοργός* redditur *ἀνόσιος.*

αὐτομήτορα Wakefieldius l. c. *αὐτοκλήτορα, se ipsam invitantem, sponte venientem.* Doederlein l. c.: „Sed quod sequitur *αὐτομήτορα,* difficilius etiam explanatu est. Suspicor

Vol. XII p. 401 non ab adjectivo, sed a substantivo *λεῖον, pulvis,* hoc vocabulum formatum esse existimat.

αὐτομήστορα, quae suis potius quam mariti consiliis uti solet, idem fere, quod αὐθάδη. Quin etiam eodem sensu codicum scriptura posset servari, nisi Homericum μήστωρ et Aeschyli θεομήστωρ aliud suaderet." At in his epica inest gravitas, quae Simonidem parum deceret. Non dubito recte interpretari Gesnerum H. Stephanum aliosque *parenti suae persimilem*, quasi αὐτὴ μήτηρ, *ganz die Mutter*, ut αὐτόκωλος v. 67 *ganz Gebein*, quae significatio hinc etiam a Passovio in Lex. recepta est. Schaeferus in Gnomicis poet. Gr. Lips. 1817 „Frid. Gu. Riemero placet αὐτομήτερα. Non assentior: nam vulgata scriptura idem significat. Theolog. Arithmet. p. 14 Wechel. ὅτι καὶ διομήτορα ταύτην ὠνόμαζον. Eademque ratio vulgarium illorum, μητρομήτωρ, πατρομήτωρ, προμήτωρ, μητροπάτωρ, πατροπάτωρ, προπάτωρ etc. Diversa est ratio adjectivorum ἀμήτωρ, ἀπάτωρ, quae cave confundas cum illis substantivis: id quod Riemero videtur accidisse sine idonea causa distinguenti αὐτομήτηρ et αὐτομήτωρ, quarum formarum prior, etsi analogiae congruens, vereor ut usquam reperiatur." Cf. Lobeckius ad Phrynich. p. 659 s.

15. „λέληκεν, eadem forma occurrit ap. Hom. Odyss. XII, 85 et ap. Hesiod. Op. 205. Similes formae λέληθεν v. 9, γέγηθεν v. 28, ἀμφιδέδρομεν v. 89. *Koeler*.

16. δέ μιν Trincav.

19. εἰμένη A. Voss. Arsen. τύχῃ edd. Emendavit Brunckius, pluribus defendere studet Koelerus, quibus add. Matthiae Gramm. Graec. Vol. II p. 1020. τύχοι Arsen.

20. ἔμπεδος A. αὖνον ἦν A. αὐονὴν Gesn. H. Steph. „αὐόνη, κραυγή. Sic lexica, sine auctoritate, qua augere possunt" *Brunck*. ἔχῃ Trinc. ἄπρηκτον, *inutilem*, Gesn. *inefficacem*, Grot. Rectius Koelerus: *clamorem, qui reprimi, coerceri nequit*, ut Odyss. XII, 223 ἄπρηκτον ἀνίην, ubi Eustathius interpretatur: καθ' ἧς οὐκ ἦν τι πρᾶξαι καὶ μηχανήσασθαι.

22. πονηρὸν edd. Gaisfordius in Poet. min. observat,

vocem nec sensui videri, nec metro convenire. In Stobaeo *πηρὸν* dedit ex A. Voss. Arsen.

23. *οἶδε*, Homerus *ἄρτια ᾔδη*.

24. *ἔργον* edd. *ἔργων* Voss. Wintert. Gaisf. in Stobaeo.

25. *'χ ὤταν* Trincav. Gesn. H. Steph. *χὤταν* Gesn. Wintert. *οὔτ' ἂν* Grot. et Br. *κοὔτ' ἂν* A. *χὤταν*, quod „sensum efficere prorsus languidum et inutilem" Koelerus observat, immerito praeferunt Heynius ap. Koel. p. XXI, qui gulosam mulierem, sive ventri deditam et desidiae a poeta designari putabat, quod falsum, et Schaeferus in Brunckiana editione Gnomicorum denuo impressa.

27. *ἡδὺ ἐν* A. Voss. Arsen. Trinc. *ᾔδη* Gesn. Grot. *σῇσιν* emendabat Valcken. *τῇ δ' ἐκ θαλάσσης ἐφράσαντο δὴ νόον*, Wyttenbachius in Bibl. crit. I, 2 p. 33, invita Minerva. Gaisfordius in Poet. min. cum Brunckio *ἐν φρεσὶν γ' ᾔδη νόει*, in Stobaeo *ἣν δύνῃ*. Boissonadius *ᾔδη ἐν φρεσὶν νόει*. *νοεῖ* B. Equidem nihil mutavi, *ἡδὺ* vocativum esse ratus, ut *πρέσβυ*, et pueri allocutionem. Sic Phocylides *φίλ' ἑταῖρε*, Theognis 133 (253) *φίλ' ἑταῖρε*, 689 (539) *φίλε Κύρνε*. Meleager ep. 14 *ἡδὺς ὁ παῖς*. Koelerus, qui Brunckium sequitur, haec annotat: „Potest hoc universe dictum accipi; forte tamen alloquitur eum, ad quem carmen gnomicum, cujus nostrum carmen fragmentum esse videtur, scriptum erat."

29. *μὲν* correxerunt Valck. et Br.

30. *λώϊον* Voss. Trinc. De ellipsi *εἰπὼν* v. quos citat Koeler.

32. „*τὴν δ'*, scilicet *ἡμέρην*, quod e v. 28 repeti debet." *Brunck*. H. Steph. temere mutans scribit *ᾗ δ'* et tamen interpretatur *aliâs*, ut Gesn. *interdum*. *ἀνεκτὸν* B.

33. *οὔτ'* Koelerus, post *οὐδ'*, mutandum putat in *οὐδ'*.

34. *ἄπλητον*, idem quod *ἄπληστον*, a *πίμπλημι*, diversum ab *ἄπλητον*, a *πελάζω*, quae ab interpretibus saepe confusa esse ostendit et priorem significationem nostro loco

aliisque vindicat Muetzell de emend. Theogoniae Hesiod. p. 54 ss. *μαίνεται ἄπλητον*, ut Hesiodus Th. 315 *ἄπλητον κοτέουσα*. Hymnus in Cer. 83 *ἄπλητον ἔχειν χόλον*. Euripides Hippol. 664 *μισῶν δ' οὔποτ' ἐμπλησθήσομαι*. *ὥσπερ ἀμφὶ τέκνοισι κύων*, ut Hom. Odyss. XX, 14, laudatus a Koelero, *ὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα Ἄνδρ' ἀγνοιήσασ' ὑλάει, μέμονεν τε μάχεσθαι κ. τ. λ.*

35. *κἀποθυμίᾳ* edd. *κἀποθυμίῃ* A. Arsen. Voss. Trinc. Brunck. in Gnom. *κἀποθύμιος* idem antea in Anal.

37. *ἀτρέμας* Valcken. *ἀτρεμὴς ἕστηκε* Virgil. Ecl. II, 26: *quum placidum ventis staret mare.* Plat. Phaedr. p. 242 a *μεσημβρία ἵσταται* cf. D'Orvill. ad Charit. III, 5 p. 383. *Koeler.* Tibullus I, 4, 28 *non segnis stat remeatve dies.*

38. *ἔστι κ'* Trinc. 40. *φορουμένη* B.

42. *ὀργῇ* Grot. notatus a Brunckio. *φυγὴν δὲ πόντος* Gesn. H. Steph. *φυὴν δὲ* A. Trinc. Br. Gaisf. in Stob. *δ' ὡς πόντος* Grot. Br. Gaisf. in Poet. min. Schaeferus ad Dionys. de compos. verb. p. 62 conjicit *φυὴν δ' ὡς ἄλλοτ' ἀλλοίην ἔχει.*

43. Accusativum refer ad *νόει* v. 27; sic etiam v. 50. „Vulgo legitur *τὴν δ' ἔκ τε σποδιῆς καὶ παλιντριβέος ὄνου*. Perverse collocatae voces videntur, particula *τε*, quae nomini quod copulat subjici debet, ante nomen posita. Proinde lego *τὴν δ' ἐκ σποδιῆς τε καὶ π. ὄνου*. Huic correctioni opponi possit lex metrica, quam veteribus jambographis observatam fuisse testatur Hephaestio, ne in parem sedem recipiatur anapaestus. (Hephaestionis verba sunt: *παρὰ δὲ τοῖς ἰαμβοποιοῖς καὶ τραγικοῖς σπανιώτερον.*) Sed lex illa non ita omnium suffragio comprobata est, ut non malim contra eam peccari, quam contra constructionis rationem. Praeterea videndum esset an *τε* corripi possit ante litteras *σπ*. Sunt quidem istius licentiae exempla in poetis, sed perpauca, multoque pauciora anapaestis in paribus senariorum sedibus." *Brunck.* „Verissime monuit vir cel. copulam *τὲ* referendam

esse ad vocem sequentem ideoque mutandum ordinem verborum: nam duo illa epitheta sunt unius ejusdemque ὄνου." *Schaeferus* in Gnomic. poet. quem v. plura de hac re disserentem in Add. Boissonadius in eorundem editione p. 268 positum particulae defendit collato Euripidis Heracl. 622 πρό τ' ἀδελφῶν καὶ γᾶς ubi v. Elmsl. Gaisfordius in Stobaeo in librorum scriptura nihil mutat. Brunckius posteriore tempore ad Sophoclis Oed. Col. 371 certa, ut ipsi videbatur conjectura emendavit τὴν δ' ἐκ τεφρῆς τε κ. π. ὄ. Hesychius: τεφρόν, σποδιόν, φαιόν, πολιόν. Heynius ordinem verborum mutabat: τὴν δ' ἐξ ὄνου σποδιῆς τε καὶ παλιντριβέος, item Wakefieldius ad Sophoclis Phil. 447 τὴν δ' ἐκ παλιντριβέος τε καὶ σποδιῆς ὄνου. Particulam τὲ fortasse librarius loco suo, post σποδιῆς, movit, quia v. sequente σύν τε bis scriptum videret. Qua retracta, secundo pede aut anapaestum habemus, aut synizesin insolentiorem, cujus exempla sunt Jl. II, 811. XXI, 567 προπάροιθε πόλιος. III, 414 μή μ' ἔρεθε, σχετλίη. IX, 382 Αἰγυπτίας cf. Brunck. Lectt. ad Anal. p. 216 ad Ammiani ep. 2. Multa praeterea v. collecta ab Hermanno Elem. metr. p. 54. Buttmannus Gramm. Gr. I p. 111 in Κλέοβι aliisque dativis Jonicis prius ῑ elidi observat. Non praetereundus nobis Archilochus fr. 29 κλαίω τὰ Θασίων, οὐ τὰ Μαγνήτων κακά· et fr. 6 σὺ δ' ἔργ' ἐπ' οὐρανίων τε κἀνθρώπων ὁρᾷς.

„σποδιὸς notat cinericeum colorem seu gilvum, quem in equis damnat Virgilius. Vide Salmasium in Plin. Exercit. p. 181 (256.)" *Brunck.* Gilvum colorem Heynius monet melleo proximum esse, testibus Grammaticis ad Virg. Georg. I, 82, quare Salmasium et viros doctos ad Pictur. Hercul. T. I p. 131 non recte illum colorem interpretari judicat. παλιντριβοῦς B. Sophocles Phil. 448. τὰ πανοῦργα καὶ παλιντριβῆ opponit τοῖς δικαίοις καὶ χρήστοις. Ubi Hermannus annotat, vocabuli παλιντριβὴς se nullum, praeter Sophocleum, exemplum allatum videre, quam Simonidis ver-

sum, in quo illud significet pertinacem et contumacem, qui ad pabulum, unde aspellitur, usque et usque redit: quod Homerus in illa notissima Ajacis cum tali asino comparatione describat. Quare apud Sophoclem Thersiten hac voce propter ejus in dicendo contumaciam notari censet. Hesychius, a Buttmanno laudatus: *παλιντριβεῖ, κακεντρεχεῖ.* Glossae: *παλιντριβῆ, τετριμμένα τοῖς κακοῖς, ἐπίτριπτα.* Gesn. *dossuarius,* H. Steph. et Buchananus *exercita molestiis*, Wakefieldius ad Soph. *ad plagas exercitata et flagello trita.*

45. *ἔστερξεν* A. B. *ἔερξεν* Voss. Arsen. N. Trinc. *ἔρεξεν* Gesn. *ὦν* Trinc. Gesn. Gaisf. in Stobaeo (nisi apud hunc fortasse typographi culpa sic pro *ὦν* expressum est) *οὖν* Gesn. in marg. Grot. *ἔρεξε γοῦν* H. Steph. Wintert. *ὦν* Brunckius ad v. 67 scribendum esse monet Jonice, ut ex Herodoti frequentissimo hujus particulae usu constet. Quem Gaisf. sequitur in Poet. min. Wyttenbachius l. l. male emendat *ἔστερξε τὸν ἀγαγόντα.*

46. *ἀρεστά*, Gesn. *tandem omnia facit et operatur quae marito placent.* H. Steph. *tandem vix coacta vi et minis in officio erit.* Grot. *minisque adacta, quod viro jussum, facit.* Koelerus etiam interpretatur: *quae marito placent.* Quidni: ita, ut placere possint? Malim tamen, quantum ipsius animo libitum est, *ἀρεστῶς*, non quantum deberet. Heynius conjicit *ἀσπαστὰ* pro *ἅπαντα*: *ne grata quidem sibi et jucunda peragere sustinet.* Scabra enim oratio et jejuna videbatur festinanti. Interpunctionem post *ἅπαντα* a Gesnero, Brunckio, Gaisfordio positam, omisi cum H. Stephano, cum ad utrumque verbum pertineat *μόγις.* Conjicerem *ἀρεκτὰ* scripsisse poetam, *ἅπαντα μόγις καὶ ἀρεκτὰ ἔρεξε καὶ πονήσατο*, nisi cum *πονήσατο* junctum, quod accusativum non solet regere, *ἀρεστὰ* adverbii locum tenere probabilius esset. *τόφρα δ' ἐσθίει,* Hesiod. Op. 705:

τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο,
δειπνολόχης, ἥ τ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ ἐόντα
εὕει ἄτερ δαλοῦ, καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν.

47. *προνὺξ προῆμαρ*, ut *πρόπαν*.

48. *ὁμῶς* Gesn. H. Steph. Gaisf. Schaef. ad Dionys. l. l. *ὅμως* Brunck.

50. *οἰζυρὸν*, pro *ὀϊζυρὸν* Jacobsius ad Anthol. Pal. p. 285, Boisson. et Gaisf. Ita etiam ap. Archil. fr. 92 scribe: *Θάσον δὲ τὴν τρισοιζυρὴν πόλιν.*

51. *οὔτε* Arsen. *ἐπίμερον* A. Voss. Arsen. *ἐφίμερον* Gesn.

53. *ἁληνῆς* Gesn. *ἀλήνης* idem in margine. *ἀδηνῆς* H. Steph. *ἀκήλης*, pro *ἀκήλητος*, *ἄθελκτος* Ed. Francof. *ἄληπτος* Grot. ,,*ἀδηνὴς*, id est *ἄπειρος*. Hesychius *ἀδηνείη* (sic legendum, non *ἀδεινείη*) *ἀπειρία*. Male in Cod. scriptum *ἀληνῆς* (sic etiam Trincav.), e frequenti permutatione litterarum *Α. Δ. Λ. Brunck.* (cum Valcken.) Hesych. *ἀδανές*, *ἀπρονόητον*. Idem et Etym. M. *ἀδηνέως*, *ἀδόλως καὶ ἁπλῶς*, *ἢ χωρὶς βουλῆς*. Galen. Gloss. *ἀφροντίστως*. Etym. M. *ἀδηνές*, *ἄκακον*, *ἀπρονόητον*.

54. *τὸν συνόντα* tacite reposuit Brunckius. Sic Epicharmus ap. Stob. LXXIV, 57 *σώφρονος γυναικὸς ἀρετά, τὸν συνόντα μη 'δικεῖν Ἄνδρα.* *δίδει* A. *τίει* Grot. *ναυσίῃ διδοῖ*, Hom. Jl. V, 398 *ὀδύνῃσιν ἔδωκεν*. Odyss. XIX, 167 *ἦ μέν μ' ἀχέεσσι γε δώσεις πλείοσιν*. Hesiod: l. l. *ὠμῷ γήραϊ δῶκεν*.

56. *ἄθυστα*, Stobaeus, *ἄθυτα*, quod Br. et Gaisfordius praetulerunt. Athen. V p. 179 d: *παρὰ δ' Ἐπικούρῳ ου σπονδὴ, οὐκ ἀπαρχὴ θεοῖς· ἀλλ' ὥσπερ Σιμωνίδης ἔφη περὶ τῆς ἀκόσμου γυναικός· ἄθυτα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεσθίει.* Casaubonus Anim. II, 11 p. 35 ait *ἱερεῖα* dicta esse ,,omnes, quibus vescimur carnes. Nunquam ullum animal in proprios usus mactabant, quin ejus aliquam partem deo consecrarent adolendum: qui secus facerent, proverbio notati *ἄθυτα ἱερὰ κατεσθίει*, quod de homine impio improboque solitum dici.“ De proverbio fallitur. *ἱερὰ* A. *ἱρὰ*

Gesn. et reliqui, quod ex Stobaeo etiam ap. Athenaeum merito repositum est.

57—70. Versus qui sequuntur quatuordecim habet Aelianus H. A. XVI, 24. *Καὶ ὁ Σιμωνίδης δὲ, ἐκ παντοδαπῶν θηρίων λέγων τὰς γυναῖκας γενέσθαι τε καὶ διαπλασθῆναι, φησὶν ἐνίαις ἐκ τῶν ἵππων τό τε φιλόκοσμον καὶ φιλόμυρον συντεχθῆναι κατ' ἐκείνους φύσει· ἃ δὲ λέγει, ταῦτά ἐστιν.* Idem XI, 36. *Πυνθάνομαι δὲ τοὺς ἄνδρας τοὺς πωλευτικοὺς λέγειν, ὅτι ἄρα χαίρουσιν ἵπποι λουτρῷ τε καὶ ἀλοιφῇ. ὅτι δὲ καὶ μύρῳ ἐχρίοντο, Σιμωνίδης ἐν τοῖς ἰάμβοις λέγει.* At quod Simonides de muliere dicit v. 64 *καὶ μύροις ἀλείφεται*, non erat quod in equos transferret rhetor, quae ratiocinatio est perquam inepta.

57. *ἀκρηχαιτείης* Arsen. Trinc. Gesn. *ἀβρηχαιτήεις* Gesn. in marg. *ἀβρηχετείης* Voss. *ἀβρὴ χαιτήεις* A. *ἀβρὴ χαιτήεσσ'* B. H. Steph. Wintert. *ἀβροχαιτόεις* Grot. unde *ἀβροχαιτόεσσ'* fecit Brunck. Apud Aelianum „*ἀβρὰ χαιτάεσσ'* M. *m. v. b. r.* *ἀβρὴ χαιτήεσσ'* edd. *χαιτάεσσα γείνατο* c. *ἀβρὴ χαιτάεσσ'* a. *ἀβροχαιτήεσσ'* correxit Gronov. quod praestabilius videbatur Schneidero et Schaefero in Poet. gnom. p. 132.“ *Fr. Jacobsius.* *ἀβρὴ χαιτόεσσ'* ex Aeliano citat Stobaei ed. Francof. „E duobus adjectivis bene componi possit *ἀβροχαιτήεσσ.*' Sed *χαιτόεις*, quod e vet. Lex. affert H. Stephanus, Graecum non est, nec proinde mirum, si nullo firmatur exemplo. *η* in *χαιτήεσσ'* corripitur ante vocalem, poetarum more, cujus in senariis etiam Tragicorum exempla, ut apud Euripidem in Heraclidis *ὅπως δηώσας καὶ κατακτείνας ἐμοὺς ἐχθρούς.*“ *Brunck.* Jacobsius dedit *ἀβρὰ χαιτάεσσ'*. Equidem, cum A. Meineckio Quaest. scen. III p. 63, scripsi *χαιτέεσσ'*. Herodianus *π. μον. λέξ.* p. 14: *κατὰ συστολὴν ποιητικὴν τὸ ε̄, ἠχέεις, βρομέεις* (l. *βρωμέεις*). Unde Meineckius apud Archilochum etiam fr. 16 Gaisf. corrigit: *ἐνάλιον, καί σφιν θαλάσσης ἠχέεντα κύματα.* Ita Boeckhius de metr. Pind. p. 289 pro *αἰόλει* et *γαιάοχος*,

correpta syllaba, scribit ἐόλει, γεάοχος. — καλλίτριχες, ἵπποι apud Homerum, ἵππου χαιτηέσσης Phocylides.

58. „δοῦλει' Aeliani Cod. M. ῆ δουλει m. ἡ δ' οὖλι' b. ῆ δόλι' a. ἔργα καὶ ἄτην M. m. b. a. ἔργα καὶ αὕτη c. αὐτὴν r. quod ex ἄτην depravatum. Inter *ΑΤΗΝ* autem et *ΔΥΗΝ* perparum interest." *Jacobsius.* καὶ ἄτην contra metrum peccat, nec sententiae contentaneum est. Hesychius δύη, πόνος, fortasse vel ad hunc locum, vel ad I, 21 ἀνεπίφραστοι δύαι. περιτρέπει. „E vi sententiae Grotius vertit optime: *spernit laboris omne servilis genus.* Utique verbum hic *aversandi* significatione adhibuit poeta, quae nulli composito simplicis τρέπω inesse potest, nisi in forma media. Locus est depravatus. Conjeceram olim ἀποστυγεῖ, quod a veteris scripturae ductu longe est, alioquin et metro et sententiae admodum est adpositum." *Brunck.* Koelerus conjiciebat παρεκτρέπει, παρατρέπει, probante Heynio, Bothius παρατρέχει, Gaisfordio observante, Jacobsius περιπτύει, „*aspernatur, contemtim habet.* Aristaenetus I, 21: τὸ πάλαι σπουδαζόμενον — περιπτυόμενον ἀμελεῖται, ubi vid. Boisson. p. 521. Cf. T. H. ad Lucian. p. 414."

59. κοῦταν Aeliani Cod. m. κοὐ κἂν b. κοὐκ ἂν Vat. κοὐτὰν c. Pro οὔτε, εἴτε a. κοσκίνου m. a. b. v. c. r. distinctione in fine versus posita. Servile opus molam exercere, ut ap. Hom. Odyss. VII, 103. Callim. in Del. 242. In domo sponsi novae nuptae cribrum tradi moris fuisse monet Koelerus.

60. „ἄρειεν, Aeolica forma pro ἆραι, ut τύψειε pro τύψαι. Illud nescio an alibi occurrat. Scripsisset Atticus poeta ἄροι ἄν." *Brunck.* „Non scripsisset." *Schaefer.* In Aeliano quoque scribebatur ἄρειεν, „et sic Vatic. ὄναρ εἶεν autem M. ὄναρ εἶδεν m. ὄναρ εἶεν a. c. ὄναρις b. v. Ambigas ὄναρ οἶδεν an εἶδεν sit verius. Hoc fortasse et κοσκίνου ex libris revocandum. Philodem. Anth. Pal. V, 25:

ἀρχὴν οὐδ' ὄναρ οἶδε φόβου, in membr. *φόβον* vulgo. Plutarch. T. II p. 1066 a *ὑφ' ὧν οὐδὲ ὄναρ ἰδεῖν ἐστι τῆς ὑπνουμένης ὁμολογίας*. Fortasse quis haereat in pede trisyllabo, quem hujusmodi jambographi vitare solent. Sed in Carm. v. 22 est *ἔδωκαν ἀνδρὶ πονηρόν* (nunc *πηρόν*), v. 39 *θέρεος ἐν ὥρῃ* (*θέρεος* dissyllabum est), v. 43 *τὴν δ' ἐκ σποδιῆς τε καὶ παλιντριβέος ὄνου* etc. *Jacobsius*, qui in ordinem recepit *κόσκινον ὄναρ οἶδεν*.

61. *ἰπνὸν* B. *ἵππον* Voss. Arsen. Trinc. *ἀλευσμένη* Arsen. „Corrigendum videtur *οὔτ' ἂν πρὸς ἰπνόν*. Scribebatur *ἴπνον*. rectius Cod. B. ap. Gaisf. *ἰπνόν*. *ἵππον* M. *m. a. b. c. r.* et vett. edd. Stobaei." *Jacobs.* qui etiam in sequentibus verbis librariorum sphalmata multa enotat.

62. Post *ἵζοιτ'* plene distinxi. Sensus est: munditiarum lenocinio maritum, quem morum probitate, suavitate leniter allicere deberet, vel invitum sibi amicum facit, cum ille irasci potius ei propter vitia vellet. *ἀνάγκῃ*, vi, ut ap. Hom. Jl. IX, 429 *ἀνάγκῃ δ' οὔτε μιν ἄξω*. Odyss. IV, 557 *ἥ μιν ἀνάγκῃ ἴσχει* et passim. Falluntur interpretes, Gesn. *virum non sponte, sed coacta.* Buchan. *se coacta conjugi simulat amicam.* Grot. *sponte nil praestat viro.* Recte Koelerus: *virum sibi favere adeo cogit.*

63. *ἡμέρας* Voss. Aelian. *ἀπὸ ῥύπου* Stobaei editores omnes et Brunck. pro quo *ἄπο* recte scripsit Jacobsius. Ex illo ortum falsum *ῥύπων* in Stobaei Cod. A. B. in Aeliani Cod. M. *c. ἀπό. ῥύπων*, *a. ἀπὸ ῥύπων*, *m. ῥύπτων*, *c. ἀποῤῥύπων*.

64. *πολλάκις* Aeliani Codd. ante Gronov. *ἄλλοτε τρὶς* M. *m.* et reliqui. Meineckius ad Menandrum p. 128, a Jacobsio laudatus, comparat haec Comici ap. Athen. IV p. 166 a:

ἀλλ' οὐκ ἐλούμην πεντάκις τῆς ἡμέρας
τότ' ἀλλὰ νῦν.

Unguentorum usum v. fr. 20 et Archil. fr. 11. 12.

65. Pro *ἀεὶ* Koelerus Homerico more perpetuo *αἰὲ* scribendum existimat. Idem *χαίτην ἐκτενισμένην* comam com-

positam, formatam, concinnatam interpretatur, quidquid dicat Salmasius ad Solin. p. 760 e.

66. *βαθεῖαν* hic, ut *βαθυπλόκαμος* apud Moschum II, 102, ad corymbos spectare monet Koelerus, quos gestare virginum potius erat quam mulierum. V. Salmas. l. c. Spanhem. ad Callim. H. in Cer. 5. Perizon. ad Aelian. V. H. IV, 22. *ἐσκιασμένην*, ut Archil. fr. 13 *ἡ δέ οἱ κόμη ὤμους κατεσκίαζε καὶ μετάφρενα.* Simon. epigr. 76 *ῥόδων ἀώτοις — ἐσκίασαν λιπαρὰν ἔθειραν.*

67. *ὧν* pro *οὖν* Brunckius ad Analecta p. 18 et in Gnomicis. *θέημα* Trincav. Aelianus, cujus tamen Cod. Vatic. *θέαμα* habet, Brunckius. *θέαμα* Gesn. Gaisf. in utraque editione.

68. *γίγνεται* Voss. *γίνεται* Gesn. Aelian.

70. „*τοιούτοις* Gesn. (in Aeliano) ex Stobaeo assumsit. *τοιοῦτον* M. *m. a. b. c. r.* qui consensus inducere possit, ut vitium in *θυμὸν* esse existimes. Suspicatus sum in marg. *τοιοῦτον θεσμόν*, *tali more qui gaudet*, quod nunc minus placet. Rei magis conveniret *τοιοῦτον ῥυθμόν*.“ *Jacobs.*

74. *ἀστοῖσι* Arsen. *γέλως*, ut Menand. fr. inc. I, 17 *καὶ πρὸς κακοῖσι τοῦτο δὴ μέγας γέλως.*

75. *βραχέα* Arsen. pro *βραχεῖα*. *βραχεῖα ἐπὶ αὐχένα*, pro *κατὰ*, *Koelerus*, qui varie praeterea locum tentat et de integritate immerito dubitat. Gesner. *ad cervicem vix potest flecti ob brevitatem.* H. Steph. *cervice circum vix caput flectit brevi.* Grot. *cervice parva, vix ut inflecti queat.*

76. *ἄπυγος*, Horat. Sat. I, 2, 93: *depugis, nasuta, brevi latere ac pede longo est.* *αὐτόκωλος* H. Steph. *depygis, arens osseis crurum artubus.* Fallitur Heynius fictum esse a poeta vocabulum putans, atque feminam notare brevis staturae, quae tota quasi unicum membrum sit. Nam si breve corpus *κῶλον* dici posset, posset etiam altissimum. Neque magis vera videtur Boissonadii interpretatio, *tout d'une pièce, tout d'une venue.* Passovius in Lex. Gr. *ein Weib, dessen*

Schenkel nichts als Haut und Knochen sind, *wahrscheinlich sprichwörtlich*: neque hoc satis accurate. Ut αὐτόξυλον ἔκπωμα ap. Sophoclem Philoct. 33 μονόξυλον ποτήριον est, ut in Andromeda idem dixit αὐτοχειλέσι ληκύθοις, δηλῶν ἀλαβάστους μονολίθους, Poll. X, 120, immo qui nil nisi labrum sunt, patentissimi oris; (non scribo αὐτολίθοις, quod improbabat etiam Toupius Emend. IV, 393), ita αὐτόκωλος, cum κῶλον membrum sine carne significare possit, femina est ossea, nil nisi ossa habens, *ganz Gebein, inclunis et crus tota*, ut optime vertit Grotius, non crura tantum, sed brachia, collum, totum corpus est quasi ex uno et continuo osse factum. ἀτάλας A. B. αὐτάλας Trinc. Gesn. qui corrigit ὢ τάλας. αὖ τάλας H. Steph. Wintert. ἆ Grot. et Br. ἆ μάκαρ, Choerilus.

79. Buchan. *nec solvere risu ora curat.* Grot. *risu abstinet.* Heynius p. XXIII, quia οὐδέ οἱ γέλως μέλει alienum esse videatur et a simia et a mulieris, quale hic describitur, ingenio, conjicit ἀεὶ δέ οἱ γέλως μέλει, metri ratione nulla habita. At risus, quem non curat illa mulier, eorum est, qui ipsam adspiciant, ut v. 74, quod fortasse vidit etiam Gesnerus, qui vertat: *nulli non irrissa.* 82. ὅπως A. ὅλως Arsen.

83 ss. Cum aliquoties Ebraicam poesin sententiosam cum Graeca comparaverimus, non praetereunda hic sunt Proverb. Salom. XXXI, 10—31. Apis Graecis animal fuit inprimis πολυσήμαντος. Hic maxime spectandum est, quod Virgilius canit Georg. IV, 153:

Solae communis gnatos, consortia tecta
Urbis habent, magnisque agitant sub legibus aevum;
Et patriam solae et certos novere Penatis;
Venturaeque hiemis memores aestate laborem
Experiuntur, et in medium quaesita reponunt. Cet.

84. Aeschylus Prom. 276 πημονὴ προσιζάνει. Koel.

85. κἀπαύξεται Trincav.

86. συμφιλεῦντι B. Voss. φίλη, amans, ut Pind. P. III, 9 νοῦν ἀνδρῶν φίλον. Anacr. fr. 56 ed. Bergk. φίλη γὰρ

εἰ ξένοις· ἔασον δέ με διψῶντα πιεῖν. Hinc *Πατροφίλη, Θεόφιλος.*

89. *δ'* om. Voss.

90. Hoc solo loco tangitur res, quae veteribus in mulierum moribus gravissima visa est. Euripides Androm. 912 *κακῶν γυναικῶν εἴσοδοί μ' ἀπώλεσαν* cf. 926—35. Plutarchus in Solone c. 21 *ἐπέστησε δὲ καὶ ταῖς ἐξόδοις τῶν γυναικῶν καὶ τοῖς πένθεσι καὶ ταῖς ἑορταῖς νόμον, ἀπείργοντα τὸ ἄτακτον καὶ ἀκόλαστον κ. τ. λ.* Epicharmus ap. Stob. LXIX, 17:

Τὸ δὲ γαμεῖν ὅμοιόν ἐστι τῷ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβους
ἀπὸ τύχης βαλεῖν· ἐὰν μὲν γὰρ λάβῃς τεταγμένην
τοῖς τρόποις καὶ τἄλλ' ἄλυπον, εὐτυχήσεις τῷ γάμῳ·
εἰ δὲ καὶ φιλέξοδόν τε καὶ λάλον καὶ δαψιλῆ,
οὐ γυναῖχ' ἕξεις, διὰ βίου δ' ἀτυχίαν κοσμουμέναν.

Theognis 233 (581) *ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα δὲ μάργον.* Cf. Menander ap. Stob. LXXIV, 11. Euripides in Meleagro ib. n. 12. Phintys Pythagoraea ib. n. 61. p. 84. 86. Praeterea Simonides non novisse videtur rixosas mulieres, de quibus Salomo in Proverb. XXVII, 15 ait: *σταγόνες ἐκβάλλουσιν ἄνθρωπον ἐν ἡμέρᾳ χειμερινῇ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, ὡσαύτως καὶ γυνὴ λοίδορος ἐκ του ἰδίου οἴκου.* Cf. XIX, 13. XXI, 9, ubi Septuaginta interpretes diversam sententiam expresserunt.

91. *οἴκου* A. *ὅπου* Arsen. 93. *τάς τ'* Arsen.

94. *φύλα* Voss. *ταῦτα*, ista, contemptim. *μηχανῇ*, scilicet mala quadam, infelici. Desipit hic Koelerus.

96. Hesiodus Theogon. 591:

καὶ φῦλα γυναικῶν
πῆμα μέγα θνητοῖσι μετ' ἀνδράσι ναιετάουσι.

Haesit vetus sententia in hominum memoria. Hippolytus ap. Euripidem 616:

ὦ Ζεῦ τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις κακόν,
γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας;

Jason in Medea 570:

χρῆν γὰρ ἄλλοθέν ποθεν βροτοῖς
παῖδας τεκνοῦσθαι, θῆλυ δ' οὐκ εἶναι γένος
χ' οὕτως ἂν οὐκ ἦν οὐδὲν ἀνθρώποις κακόν.

97. Hunc versum omittit B. Koelerus (in aliis Codd.) a librario ex v. 68 insutum putat, quae perversa est ratio. „Hic et sequens versus in codice deficiunt, quia a nomine κακὸν, quod praecedit, aberravit librarii oculus ad finem secundi abhinc versus, quae caussa fuit multarum omissionum. In altero horum versuum legitur vulgo ἔχοντι τῷ μάλιστα, quod male Graecum est. Articulus non sic solet nomini suo postponi; sed praeponitur, ut supra 68 τῷ δ' ἔχοντι γίγνεται κακόν. Legendum ἔχοντί τοι.“ *Brunck.* Habent τοι etiam Wintertonus et Gaisf. in Poet. min. In Stobaeo Gaisf. dedit τῷ. Boisson. ἔχοντί τῳ.

100. Nimirum qui uxorem duxit, quales pleraeque esse solent, non ex ape eae creatae. πέλεται libri. πέλλεται H. Steph. Wintert. „σὺν γυναικὶ πέλεται. Sic Stobaei libri omnes. Grotius e conjectura (Salmasii) suffecit πίλναται, quod alienum est. Certum est, vetustissimis poetis non solum in compositis, sed etiam in simplicibus vocibus vocalem brevem produci ante liquidam, quae geminatur pronuntiando, nec tamen duplex scribi debet. In Hesiodi Operibus 12 ἀρόμεναι secunda longa, ubi minime necesse est, immo est inscitum scribere ἀρόμμεναι.“ *Brunck.* Aliud quid latere Gaisfordius existimat. Mihi, ut Boissonadio, verum vidisse videtur. Brunckius. Apud Sapph. fr. 64 μελίχροος pronuntiatur μελλίχροος. In epigrammate apud Pausan. X, 7, 3 legitur Ἕλλησιν δ' ᾄδων μέλεα καὶ ἐλέγους, quem versum corruptum esse, Boeckhius noster in Corp. Inscr. Graec. Vol. I p. 883 fortasse non concessisset, si memor eorum fuisset, quae de eo dixi in Sylloge Epigr. Graec. p. 192. Quae ibi attuli geminatae liquidae λ exempla, ὃς ἔθεν πάλοις ἔπαλλε, ex Alcmane, αὐτὰρ ἔπειτ' Ἔρυαλον, Jliad. XVI, 411, *) iis addo

*) Hesiodi fragm. ap. Philemonem p. 63, leviter corruptum, ex eorum numero eximendum est.

Odyss. X, 36, δῶρα παρ' Αἰόλου. Τέλλις, Archilochi avus, cum pater sit Τελεσικλῆς, est Τέλις (quae nomina ad τὰ τέλη Cereris spectare videntur), ut Γέλλας idem est ac Γέλας (Schol. Pind. Ol. II, 16), Γελὼ eadem, quae et Γελλώ. In Iliadis Parvae fragmento cum in Musei Rhen. Vol. II p. 258 legendum existimassem, quasi scriptum esset φύλλοισιν ἀγαννοῖσιν κομόωσαν, quo nunc video Schaeferum quoque in Gnom. poet. p. 358 usum esse ad Phocylidis v. 62 ἡδὺς, ἀγαννόφρων vindicandum, Hermannus nuper epitheto aptissimo et gratissimo substituit aliud quiddam, longe diversum, παναργυρέοις. Ita autem vitis aurea foliis instruitur argenteis, uvis argenteis, et ex auro soli rami facti sunt, cum aurificem folia potius aurea uvasque aureas, stirpem ex argento fingere par sit, neque aliter poetam res ex veritate describentem. Ejusdem generis est ἐραννὸς apud Homerum, ἄστυ ἐραννὸν in oraculo ap. Pausan. VIII, 9, 2.

101. οὐδ' αἶψα, aegre. Hom. Odyss. III, 145. οὐδ' αἶψα θεῶν τρέπεται νόος. ἀπώσεται, Archilochus fr. 55, 10 πένθος ἀπωσάμενοι. Solon αἶσχος ἀπωσάμενοι. οἰκίης Gesn. Gaisf. ἐκ δόμων B. Brunck.

ad quae verba bona est observatio Hemsterhusii: *Haec autem de ipsa Hecale dici puta ad Theseum invisentem prodeunte.* Tum poeta, versibus aliquot interiectis, ubi apparebat Theseo et consistebat coram Theseo, quasi ipse admirans simplicem sed mundum atque concinnum mulieris habitum, utque placuisse Theseo eum habitum significaret:

ἔπρεπέ τοι προέχουσα et quae seq.

Caeterum ad Fragm. CXXIV. nihil habeo quod addam olim disputatis, nisi hoc Toupio Emendd. in Suid. P. V. Vol. III. p. 137. (T. II. p. 253. ed. Lips.) observatum, ad idem fragmentum illud respexisse videri Suidam in *Μέμβλωκε· — μεμβλωκός, παραγενόμενον, καὶ μετ' ἐπιμελείας κατασκευασθέν.* et, si hoc tanti sit ut observetur, apud Suidam in *Πίλημα* inventam a Toupio veram distinctionem *Πίλημα περίτροχον· περιφερὲς σχ.* confirmare codicem A. Gaisfordii. *περίτροχον* vocabulum praeter eos, quos ibi monstravi, usurpant Dionysius Perieg. 987. Cynegeticorum scriptor IV. 90. et saepe, variis in rebus, Nonnus, eiusque asseclae Ioannes Gazaeus, Paullus Silentiarius. *παρμέμβλωκεν* praeter Homerum, Apollonius IV. 1167. *καταβλώσκειν*, *ἀποβλώσκειν*, idem I. 322. IV. 227. et III. 1143. *προβλώσκειν* Oppian. H. II. 252.

In illo *γέντο δ' ἐρείκης* etc. quod ad versum deest, non uno modo supplent viri eruditi. Kusterus ad Suidam non feliciter: *σκηπάνιον, τὸ μέν οἱ χαλεποῦ πέλε γ. ὀ.* Toupius Emendd. in Hesych. P. IV. p. 161. ad glossam Hesychii *Ὄκχνη*, vel potius *Ὀκχή*, ex hoc ipso Callimachi loco petitam haud dubie, ita: *σκηπάνιον, πονόεντος ὃ δὴ π. γ. ὀ.* Mihi simplicissimum videbatur

σκηπάνιον χείρεσσιν, ὃ δὴ πέλε γ. ὀ.

Usitatum est, ad *γέντο* addi *χειρί*: Hom. Il. XVIII. 476. 7.

Callimachus h. in Cer. 44. Apoll. Rhod. IV. 225. Neque obstat, ut puto, quod aliquis obiiciat, manibus, *χείρεσσιν*, opus esse, si quis inniti baculo velit: quae Homeri apud Christodorum v. 343. 4. sane haud insuavis imago est: at ad arripiendum baculum (*γέντο*) unam satis manum esse. Sic Theseus *χείρεσσιν* usurus erat, ubi una sufficiebat, Fragm. LI. b.* *χείρεσσιν ἑλὼν Αἰδήψιον ἄορ*. Vel si quis forte dicat, ibi non tam de arripiendo, quam de tenendo, extollendo atque infligendo utraque manu, ut gravior ictus esset, gladio agi: Agamemno certe Homericus *χείρεσσιν* utitur, ubi satis erat *χειρί*, Iliad. III. 271. XIX. 252. *Ἀτρείδης δὲ ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν*. Vel, ut aliquid dicam argutius, quid si consulto Callimachus *χείρεσσι*, non *χειρί*, scripserit, ut significaret debilitatem ac trepidationem senilem? Pro *δή* possis etiam *οἱ*, sic: *ὅ οἱ πέλε γήραος ὀχχή*, ut est in Lav. Pall. 127. *μέγα βάκτρον, ὅ οἱ πόδας ἐς δέον ἄξει*. Hecales imago fortasse ante animum versabatur Apollonio, ubi Polyxo describitur *τροφός*, I. 669. *γήραϊ δὴ ῥικνοῖσιν ἐπισκάζουσα πόδεσσι, βάκτρῳ ἐρειδομένη*. Certe Scholia ibi *ῥικνόν* Callimacheam esse *λέξιν* monent, probantque fragmento Hecales alio, paullo post tractando, in quo et ipso baculi mentio. Cf. Apollonius II. 198. de Phineo: *βάκτρῳ σκηπτόμενος, ῥικνοῖς ποσὶν ἦε θύραζε*. Mitto alia, quibus nihil probatur nisi hoc, baculo uti senes. Ruhnkenio quidem illa ipsa Callimachea, *γέντο δ' ἐρείκης* etc. Ovidius *transtulisse* ad Philemonem et Baucidem videbatur, VIII. 693. ubi est *parent ambo, baculisque levati Nituntur longo vestigia ponere clivo*. Nonno baculum *γηροκόμον* dicitur VII. 44. XI. 354. XIV. 101. De *ἐρείκῃ* aliquid Iacobsius ad Quinti Maecii Epigr. VII. 5. Anal. II. p. 238. qui laudat Schneiderum ad Nicand. Alexiph. p. 345. sed addendus idem Schneiderus in Lex. gr. *ὤκχησεν* Callim. h. Iov. 23.

In Fragmento CXXV. *προέχουσα* attigi Cap. III. ubi de crasi apud Callimachum. *προὐχουσα* maluit hoc loco Calli-

machus, quia a πρό genitivus pendet κάρης; προὔχουσα h. in Del. 218. ubi πολὺ προὔχουσα est *praestantissima*. προὔχοντος, προὔχουσα Apollonius quoque IV. 1583. 1626. et Oppianus H. III. 460. Orpheus Arg. 379. 501. Manetho III. 225. 298. Ut taceam iisdem usurpata, Homero praeeunte, προὔτυψεν, προὔθηκαν, προὔτειναν, προὔφηνεν, προὔβαινεν. τὴν κάρην, genere feminino, bis ausus est Callimachus, in Coma Berenices: σήν τε κάρην ὤμοσα, σόν τε βίον; et hoc loco, κάρης εὐρεῖα καλύπτρη, cuius non fuerunt memores, qui eam insolentiam attingunt, Sallierius in Thomam Mag. v. Κεφαλή p. 531. Valckenarius in Eleg. Catulli Callimach. p. 128. sq. Unum qui ita ante Callimachum, Theognidem, laudaverunt alii. Qui sequuti sint Callimachum, praeter Moschum IV. 74. duos habeo, Nicandrum Ther. 131. 249. Dionysium Perieg. 562. 1049. Vel tres, si numeranda est Sibylla XII. 63. παρθενικὴν δὲ κάρην μυστηρίων ἐξαπατήσας αὐτὸς ἄναξ ὀλέσει δολίως. quem locum non statim expedio. Dionysium quidem mireris, qui poeta etsi in universum tinctus est elegantia scholae Alexandrinae, tamen modum tenet, neque omnia insolenter dicta aucupatur. Usitatum κάρη neutrum ubique tenent Aratus, Apollonius, Oppianus; Nicander quoque multis locis. Callimachum quoque promiscue nunc κάρη neutrum, usitate, nunc, ubi commodum esset, insolenter κάρη, κάρης, κάρην scripsisse puto. κάρα Cynegeticorum I. 178. huic scriptori condonabimus, nisi κάρη restituendum, ut idem III. 506. Sed video dicendum esse, qua nos argumentatione ducti tam hoc quam superius fragmentum CXXIV. ad Hecalen referamus. Eius argumentationis vis praecipua et quasi nervus in Fragmento CXXV. est, quod de femina accipiendum esse diserte docet ἔχουσα. Hinc, quum ita sint sibi similia κάρης εὐρεῖα καλύπτρη et πίλημα περίτροχον Thessalicum, ut videantur eandem rem significare, etiam Fragmentum CXXIV. de femina, et quidem de Hecale accipimus. Non inusitatum autem feminis fuisse,

pileo uti Thessalico, iis quidem, quae versabantur in publico, Ismenae exemplo Sophocleae probamus. Et Iridis apud Sophoclem in Inacho, κυκλὰς Ἀρκάδος κυνῆς: non neglectum Valckenario in disputatione de pileis, Adoniaz. p. 345. B. Addo Ioannem Gazaeum v. 660. (II. 302.) ubi describitur Θαλυσιάς cum insignibus operis sui, aristis, sudore: κάρη δ' ἐκαλύπτετο πίλῳ. Post haec apparet, ποιμενικόν quum dicitur πίλημα illud, id non esse proprie intelligendum: feminae enim non sunt ποιμένες proprie. Scilicet primum ac proprie pileis istis utebantur ποιμένες, deinde inter feminas, ut dixi, eae, quibus aliquid foris agendum, ut arcerent ardorem solis. Neque χαῖον proprie accipiendum de baculo *pastoritio*. Sed qui attente legerit Scholia Apollonii, ex quibus erutum fragmentum est Callimachi, IV. 972. fortasse hoc totum negabit, χαῖον proprie fuisse baculum *pastoritium*. Verba sunt haec: χαῖον ἐστὶ καμπύλη βακτηρία, ᾗ οἱ ποιμένες χρῶνται. Ἀμερίας δὲ ψιλὴν ἀπέδωκε ῥάβδον. Καλλίμαχος· ἔπρεπέ τοι etc. Neque quod additur ex Alcmane, vim probandi habet. Incurvum fuisse χαῖον credibile est, ut erant τῶν ἀγροίκων, observante Casaubono ad Theophrast. cap. περὶ ἀρεσκείας p. 171. sq. Neque indignum observatione καλύπτρη, quo vocabulo caeteri plerique certa quadam significatione utuntur, Callimachus generali, *tegimentum*, hic et Fragm. CXLII. Theocriti locum non recordor, cuius imitationem esse in verbis ποιμενικὸν πίλημα Casaubonus (Callim. Ernest. p. 492.) annotaverat.

Denique probabilem dixi Eldikii Boissonadiique coniecturam, Fragmento CXXV. annectentium Fragmentum CLXXXI.

καί ῥα παρὰ σκαιοῖο βραχίονος ἔμπλεον ὄλπιν.

Omnino decet Hecalen hic apparatus, ὄλπις sive ὄλπη: de qua praeter Casaubonum ad Theophrast. π. ἀρεσκ. p. 169. cf. Interpretes Hesychii et Toup. Emendd. in Suid. P. IV. p. 444. (T. II. ed. Lips. p. 29.) ὄλπην sive ὄλπαν Theocritus II. 156.

Nicander Ther. 80. 97. Leonidas Tarentinus, Crinagoras, Archias. ὄλπιδος Theocritus XVIII. 45. Meminit fragmenti Callimachei Casaubonus, ubi morem sacculos atque alia gestandi e brachiis pendentia illustrat, ad Theophrast. π. ἀγροικίας p. 153. *Callimachus de quodam qui ampullam oleo plenam ad brachium pendentem gestabat*, Καί ῥα etc. Non puto autem quaerendum esse, quo Hecale consilio, quum obviam iret Theseo, ampullam suam assumpserit. Voluit Callimachus totam talem sistere, qualem vulgo, quoties prodibat, videre consueverant vicani. Neque male quemquam habere debet ἐν χερί et oppositum παρὰ σκαιοῖο βραχίονος. illam prius dictam *dextram* esse sponte intelligitur. Frustra, si quid video, ab hac quidem parte Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 205. impugnat Brunckii in Apollonio II. 119. coniecturam: αἶψα μέγαν τεταγὼν πέλεκυν χερί, ἠδὲ κελαινὸν ἄρκτου προσχόμενος σκαιῇ δέρος. Cf. Hom. Iliad. XVIII. 476. 7. γέντο δὲ χειρὶ ῥαιστῆρα κρατερήν, ἑτέρηφι δὲ γέντο πυράγρην. Alter modus is est, quo de eodem Ancaeo Apollonius I. 168. utitur: βῆ δ' ὅγε Μαιναλίης ἄρκτου δέρος, ἀμφίτομόν τε δεξιτερῇ πάλλων πέλεκυν μέγαν. ubi divinandum, pellem fuisse in sinistra parte. cf. Theocrit. XXV. 206. 7. Nexum, si sunt Fragmenta CXXV. et CLXXXI. coniungenda, talem quendam fuisse necesse est: *Decebat prominens e capite latum tegimentum, pastoralis pileus: et in manu χαῖον habens, et e sinistro brachio pendentem ampullam*, concinnam imaginem rusticae simplicitatis exhibebat Hecale. vel aliquid simile. Unum me morabatur in hoc nexu, καί ῥα. καί ῥα Epicorum, inde ab Homero, etiam recentiorum, et qui fuerunt post Callimachum, non solet copulare simpliciter, sed novam sententiae conversionem indicat: ut plerumque graviori interpunctione opus sit ante καί ῥα, non commate. Ut Callimachus, si quis exemplum expetat, h. in Iov. 28. Ubi propius ad significationem simplicis copulae accedit καί ῥα, hoc tamen observari video, ut suum membro illi, quod

a καί ῥα pendet, verbum sit. Ut his exemplis, Apollonii II. 640. 717. IV. 918. Orphei Argonautae, qui in brevi carmine hac particularum coniunctione utitur saepissime, 105. 444. 448. 513. 1288. et καί ῥά τε Theocrit. XXV. 191. Qui sic simpliciter ad coniungenda nomina duo καί ῥα dixerit, ut est χαῖον ἔχουσα, καί ῥα — ὄλπιν, unum habeo Manethonem V. 244. Nunc, dum coniuncta lego ac relego Fragmenta CXXV. et CLXXXI. non displicet sic positum καί ῥα, neque sua quadam vi carere videtur. Nam vim aliquam inesse necesse est: pro simplici καί a bono scriptore καί ῥα dici nequit. Posita autem vis est in eo, quod ampullam sinistri brachii poeta tamquam rem novam, et de qua ipse non cogitasset antea, infert atque inserit. Advertit animum singularis, sed fortuita illa, Hecales, qualem introduxit Callimachus, cum habitu Cynicorum similitudo, quem descriptum habes in epigrammatis Leonidae Tarent. X. XI. LIX. et Archiae XXXIV. (Anth. Palat. I. p. 282. 284. 325. 326.) σκήπωνα sive βάκτρον, ὄλπην, πῖλον. Ita enim πῖλον enumerat inter reliqua Leonidas, ut hoc quoque non inusitatum Cynicis insigne fuisse dicas. At alia ratio πίλου est eius, quem singulari de caussa gestat Menippus Luciani in Necyomantia cap. 1. et 8. Rursus formam quod attinet, pileo Hecales similis erat Menippi, ut Suidas, vel Menedemi, ut Diogenes Laertius tradit, Furiam repraesentantis, πῖλος Ἀρκαδικός: de quo Boettigerus in libro cui titulum fecit, die Furienmaske, p. 33. sq. et p. 123. Fragmentum CLXXXI. praeter Etymologum habet Lex. Reg. Ms. Albertii ad Hesych. v. Ὄλπα. et habet Zonaras Tittmanni p. 1444. ita scriptum: Καλλίμαχος· περὶ σκαιοῖο βραχίονος ἔμπλεον ὄλπιν. Inter Elegiaca Callimachi illud reposuit Valckenarius, p. 294.

Addam incerta.

γρήϊον εἶδος ἔχουσα.

Choeroboscus περὶ ποσότητος Cod. Barocc. 50. f. 177. in Mu-

seo Philologico Cantabrig. N. IV. Novemb. 1832. p. 113. — *οἷον γραῦς. γραΐος καὶ γρήϊος παρὰ Καλλιμάχῳ· γρηΐον εἶδος ἔχουσα, τοῦτ' ἐστὶν γραός.* ubi vir doctus monet idem fragmentum sine nomine poetae in Etymologico M. legi p. 603, 23. Add. Etymol. Gud. p. 407, 41. Variat nonnihil scriptura. Et hoc quidem haud dubie rectius, quod apud Etymologos scribitur *γραῦς γραός γραΐος*, — at *γρηΐδιον* in Etymol. Gud. falso haud dubie.

γραυΐς γραυΐδι Fragm. CCCXXVI. Valckenarius in Theocr. Adoniaz. p. 351. B. mutato accentu, *γραυΐς*.

Ad congressum Thesei et Hecales facere opinabar fragmentum Callimachi, quod apud Herodianum *περὶ μονήρους* λ. p. 28, 5. ita scriptum: *ἦλθον εἰς ὄβδην*, in Bekkeri Anecdotis II. p. 942, 7. ita: *ἦλθες ἐσόβδην*, legitur, scribendum aut *ἦλθεν ἐσόβδην*, aut, ut sit apostrophe, *ἦλθες ἐσόβδην*. vel *ἦλθον ἐσόβδην*: venerunt in conspectum, unus alterius. Est etiam *ἐσόβδην* apud Apollonium de adverbio, Anecd. Bekk. II. p. 611, 28. et Hesychius haud dubie ex eodem loco: *'Εσόβδην· εἰς ἐμφάνειαν.* unde corrigendus Favorinus, apud quem *ἐσόδην* habetur. Verum id quum agebam, et quum primum egi, multa cum dubitatione egi, ut qui sentirem multis occasionibus multisque narrationibus apta verba esse: et nunc eo consilio opinationem meam commemoro, ut vanam fuisse demonstrem. Namque Etymol. M. v. *Ὄβδην* haec praebet sine auctoris nomine, sed manifesto ipsa Callimachi verba: *Μούσῃ γὰρ ἦλθεν ἐσόβδην.* Quod si quis recepta probabili Sylburgii emendatione, *Μούσῃσι*, de Thamyra dictum fuisse, vel, si fuerit *ἦλθον*, de filiabus Acheloi coniiciat, certe non inepte faciet. Felicior tamen coniectura, ni fallor, ipsum de se dicere Callimachum:

Μούσῃσι γὰρ ἦλθον ἐσόβδην:

in prooemio *Αἰτίων*.

De Hecale conspiciente Theseum accipi posse *ἣ δ' ἐκόησε, τοὔνεκεν Αἰγέος ἔσκεν*, observavi Cap. III. p. 570. Sed prae-

valet mea ibi disputatio, qua de Aethra accipienda esse ea verba doceo.

Oblitus sum ad Fragmentum XLI.* *τῖον δέ ἑ πάντες ὁδῖται ἦρα φιλοξενίης· ἔχε γὰρ τέγος ἀκλήϊστον*, apponere, quem I. Kuhnius ad Aelian. V. H. XIV. 14. comparat, locum Homericum Il. VI. 13. sq. de Axylo: *ὃς ἔναιεν ἐϋκτιμένῃ ἐν Ἀρίσβῃ, ἀφνειὸς βιότοιο, φίλος δ' ἦν ἀνθρώποισιν· πάντας γὰρ φιλέεσκεν, ὁδῷ ἔπι οἰκία ναίων.* Quae obversata esse diligentissimo Homeri lectori Callimacho non inepte statueris. Deinde si quis forte scire cupiat, quomodo Callimachum viri docti ante restitutum a Valckenario *ἦρα* acceperint, ita acceperunt H. Iunius in proverbio *Hecales coena*, et cum Iunio A. Schottus Obss. poet. II. 29. et Gonsalius in Petron. c. 135. itemque Kuhnius, ut iungerent *φιλοξενίης στέγος ἀκλήϊστον.* Bentleius vero ita: *τῖον φιλοξενίης*, i. e. *ἕνεκα φιλοξενίης.*

V.

Theseum hospitio excipit Hecale. Insignis pars carminis, in qua Callimachum multa cum diligentia et cum sua voluptate elaborasse credibile est. Habuit autem ante oculos fabulam ab se ipso tractatam similem vel potius geminam, Molorchi, qui, ut Hecale Theseo, taurum debellaturo Marathonium, ita ante proficiscenti contra leonem Nemeaeum Herculi hospes agresti hospitio fuerat. Animadvertit similitudinem Heynius ad Apollodor. II. 5, 1. Me de Molorcho primum admonuerat Nonnus, ubi de Broncho, hospitium Baccho praebente, XVII. 52. s. *οἷα Κλεωναίοιο φατίζεται ἀμφὶ Μολόρχου, κεῖνα, τάπερ σπεύδοντι λεοντοφόνους δι' ἀγῶνας ὤπλισεν Ἡρακλῆϊ.* Exitus fabulae dissimilis. Molorchum enim superstitem repperit redux a pugna Hercules. Sed tamen sacrificium fuit, ut in fabula Hecales. Apollodorus: *καταλαβὼν δὲ τὸν Μόλορχον ἐν τῇ τελευταίᾳ τῶν ἡμερῶν ὡς νεκρῷ μέλλοντα τὸ*

ἱερεῖον ἐναγίζειν, Σωτῆρι θύσας Διΐ, ἦγεν εἰς Μυκήνας τὸν λέοντα. Convenerat Molorchum inter et Herculem, ut si sospes ante diem tricesimum redisset Hercules, Iovi *Σωτῆρι*; sin occubuisset, ipsi Herculi, tamquam ἥρωι, sacrum fieret. In quo mirum tam longum temporis spatium, triginta dierum, quum a Molorcho breve Herculi iter ad perdomandum leonem fuisse videatur. Verum hoc melius Capiti VI. extr. reservabitur, ubi quaerendum, quam diu Theseus, postquam Hecalen reliquisset, in tauro occupatus fuerit. De Molorcho testimonia Servii, Philargyrii ad Georg. III. 19. Statii bina, veterumque Statii interpretum, Martialis, collegit Broukhusius ad Tibull. IV. 1, 13. Sunt et alia: Statii Silv. III. 1, 29. Martialis IV. 64, 30. Stephani Byz. in *Μολορχία*, Anonymi Allat. apud Heynium ad Apollodorum; conspirantium cum Servio et cum Statii interprete Mythographorum A. Maii, I. 52. et II. 160. Quod sine teste Gyraldus in Hercule p. 574. E. G. tradit, clavam accepisse a Molorcho Herculem, testantur Scholia in Germanicum e Nigidio: v. Nigidii Fragm. in Rutgersii V. L. p. 278. Pomponius Sabinus p. 165. unde suum de inebriato Hercule, per se fide haud indignum, habeat, non constat. docet ita: *Hercules interemto leone hospitatus fuit apud Molorchum, et illic inebriatus.* in quo etiam ordinem rerum inversum animadvertes: nam epulae hospitales haud dubie ante pugnam fuere, ut alii tradunt; post pugnam peractum est sacrificium illud, in quo ut fuerint epulae, fuerunt res secundaria. Gravior omnibus testis nostram quidem in rem, qui in Callimacho versamur, laudatus Hemsterhusio in Callim. ed. Ernest. p. 418. Probus est, ad Georgicor. locum quem dixi, ita narrans: — *Lucos Molorchi Nemeaea dicit. Molorchus fuit Herculis hospes, apud quem is diversatus est, cum proficisceretur ad leonem Nemeaeum necandum. Qui cum immolaturus esset unicum arietem, quem habebat, ut Herculem liberalius acciperet, impetravit ab eo Hercules, ut eum servaret, immolaturus vel victori tanquam Deo, vel victo*

et interfecto [leone], cum solutus esset [vel] odio Iunonis, . . . ne ei coelestes honores contingerent: . . . . . [vel] fatigatus, experrectus mira celeritate damnum correxit. sumptaque apiacia (vulg. *picea*) *corona, qua honorantur, qui in Nemeaea vincunt, supervenit [.Itaque et] Molorcho paranti sacrificium Manibus, ubi et arietem* (vulg. *aries*) *immolaturus erat. Inde Nemeaea instituta sunt. postea Archemori Manibus sunt renovata a septem viris, qui Thebas petebant. Sed Molorchi mentio est apud Callimachum in Aetion libris.* Dedi quae leguntur in edit. Virg. Venet. A. Vellutell. 1534. et Basileensibus H. P. 1561. 1575. sed correcta a me leviter et distincta signis quibusdam, quibus significo, nunc quid delendum sit, nunc ubi aliquid excidisse statuendum sit, ut probabilis efficiatur narrationis ordo. Quod uncis inclusi, ut deleretur, *leone*, fortasse melius servabitur, ut scribatur: *vel victo et interfecto a leone*, eandem in sententiam. Corrumpit autem Probus iste concinnitatem fabulae antiquae, immiscetque nescio quid moris novitii, dum omittit Iovem Σωτῆρα, et sacrificandum fuisse Herculi aut vivo et victori tamquam deo, aut victi mortuique manibus narrat. Nisi ita aliquis statuat, *Victori* quum scriberet Probus, voluisse eo vocabulo graecam vocem Σωτὴρ interpretari. Post *contingerent* manifesto lacuna est. Atque assequutus sum, nisi fallor, coniectura, quid exciderit, Pomponium adhibens, quem pleniore usum esse codice Probi existimo. Saepe Probo utitur, docetque ex Probo Pomponius. Tale quid scripserat Probus: *ibique multo vino fatigatus, experrectus* et quae seq. *vinitorem* Molorchum diserte dicit Enarrator Statii apud Barthium. Ut appareat, hominem quantumvis pauperem, vini tamen tantum praebere potuisse, quantum satis superque. Haec igitur, quae sunt apud Probum, omnia, ut puto, exposuerat in Aetiis Callimachus. Quo ille consilio, et qua opportunitate, dictum est Cap. II. p. 553. Quem in finem intentus, ipsam pugnam Nemeaeam breviter tantum attigerat: quod

ex ipsa Probi brevitate colligo, pugnam obiter tantum commemorantis ita: *mira celeritate damnum correxit.* Nam de Probo ita iudico, Probo non huic, quem nunc habemus, sed antiquiori auctori grammatico ante oculos fuisse librum Callimachi. Hinc quae superest dubitatio et quaestio, indicata a Gyraldo l. l. p. 575. B. quo Probus iure *piceam* coronam usitatam esse in Nemeis scribat, quum reliqui omnes *apium* consecratum fuisse Nemeis tradant, etsi facile tolleretur atque componeretur, si quis a Callimacho ibi primum institutis propter Herculem Nemeis *piceam*, renovatis propter Archemorum *apium* attributum fuisse coniiceret: tamen non audeo in hoc aliorum auctorum silentio eam coniecturam facere. Praesertim quum communem de proprio Nemeis apio sententiam ipse Callimachus, atque ipse adeo apud Callimachum Hercules Callim. Fragm. CIII. (ex insigni Plutarchi Sympos. V. 3. disputatione, ubi etiam Euphorionis versus, quos recte eandem in sententiam accipit Meinekius p. 113.) profiteatur. Quare quum ne Probum quidem peccati insimulare non idonea de caussa debeamus, facillima emendatione *apiaciam* reposui: quo vocabulo Hyginus Fab. LXXIV. utitur. Paullo post vulgatum *ubi et aries immolaturus erat*, alius fortasse ita corrigi malit: *ubi et aries immolatus erat*, vel *immolatus est.* Rursus ex Probo est haud dubie, quod ad Tibull. l. l. Bernardinus Cyllenius Veronensis scribit: *De hoc* (Molorcho) *Callimachus meminit in oethicon libris.* sic, *oethicon*, in ed. Tibulli Venet. 1487. unde postea (ed. Lutet. M. Orry 1604.) *ΗΟΙΩΝ* factum. De Molorcho qui veteres ante Callimachum dixerint, non constat. Fortasse iam recondita tempore Callimachi fabula fuit. Certe quod eius tam frequens apud poetas recentiores, latinos, mentio est, quam vidimus frequentem esse, id totum Callimacho deberi existimo, cuius scripta, Aetia maxime, doctis illustrata Theonis et Epaphroditi commentariis, quasi quidam thesaurus mythorum atque antiquitatum

etiam Romanis paullo doctioribus fuere. Ut Hecalen monui quibus nota fuerit, iis e Callimacho fuisse notam.

Tam similes fabulas, Molorchum et Hecalen, quum idem poeta tractaverit, illam prius, quae mea est de temporibus carminum Callimachi sententia, in Aetiis, postea Hecalen, quaerat aliquis, quomodo curaverit Callimachus, ne ipse sui nimis videretur similis, aliisque repetitione earundem rerum molestus. Ad eam quaestionem facilis parata responsio est. Primo de Molorcho narrationem in Aetiis totam brevem fuisse, si comparetur longitudo Hecales. Deinde fuit in Molorcho proprium ei fabulae illud de ariete, cui parcere iubebatur pauper hospes; fuit, si recte conieci, de vino eoque multo: de epulis rusticis, olivis, serpyllo, soncho, crethmo, aliis, ea fuisse diligentia expositum, quam videbimus in Hecale, nihil est quod suadeat.

Fuerunt alia celebrata a poetis mythographisque hospitia. Ut quod Tibullus iuxta Molorchum commemorat, Icari s. Icarii Erigonaeque: de quo Nonnus lib. XLVII. alibi. Tum Celei et Metanirae Triptolemique, de quibus idem Nonnus non uno loco. Partem fabulae de Celeo et Metanira ipsi minime ignotae (Alexiph. 130. Ther. 486.), maxime *κυκεῶ* illum, Nicander *Ἑτεροιουμένων* libro IV. ad Mismen quandam traduxerat: Antonin. Liberal. XXIV. Ovid. Metam. V. 438. sqq. ibique Argumentum vetus, in quo: *Ceres — aestu torrida ad casam cuiusdam anus nomine* Mismes *devenit.* Nota Baubo. Phytali Cereri (Pausan. I. 37, 2.), Phytalidarum Theseo experta hospitalitas. Pelasgi, qui Cererem exceperat: Pausan. I. 14, 2. Mysii, qui eandem: Pausan. II. 18, 3. 35, 4. Lycaonis, Tantali, Phlegyarum, quos congerit Nonnus libri XVIII. initio. Ut taceam Hyrieum (Nonn. XIII. 97.), Amphictyonem (Pausan. I. 2, 5.), et Cadmi (Nonn. II. 666. V. 119. sq. VIII. 233.) et Pelei nuptias. Nobis nunc ea tantum exempla memorabilia, quibus aliquid peculiare, quo ad fabulam Hecales accedant propius. Sic Staphyli fabu-

lae apud Nonnum lib. XVIII. ea conformatio est, ut Nonno Callimachum et Hecalen in animo fuisse ista fingenti credibile sit. Staphylus, qui quidem iam ante Perseum exceperat (v. 290. sq.), Bacchum magnifice acceptum dimittit; ipse, dum Assyriam peragrat Bacchus, moritur: 327. sqq. Bacchus sero redit, *μνῆστιν ἔχων Σταφύλοιο φιλοστόργοιο τραπέζης* (336.), mortuum invenit, lugentes propinquos consolatur; in honorem mortui ludos musicos celebrat, lib. XIX. Qua opportunitate similiter conformata inseritur fabula Celei, XIX. 80. sqq. Celeus, hospes Cereris, mortuus; Ceres *νεοδμήτῳ παρὰ τύμβῳ* consolans Triptolemum, Metaniram. Deinde quae paupertate ac tenuitate hospitii similia hospitio sunt Hecales. Et Celei Metaniraeque fortunam, quae splendida secundum veteres poetas, ad humilitatem ac paupertatem solus fortasse Ovidius depressit, Fast. IV. 507. seqq. v. maxime 509. sq. et 545. *Mox epulas ponunt, liquefacta coagula lacte, Pomaque, et in teneris aurea mella favis.* Pauper Misme anus. Tenuitatem coenae Icariae indicat Nonnus XLVII. 39. *ὀλίγῃ ξείνισσε τραπέζῃ*, sed non moratur ea in re. Aptiora sunt ad Hecalen, quae Ruhnkenii felix diligentia adhibuit: Philemon et Baucis Ovidii lib. VIII. et Bronchus, Bacchi hospes, apud Nonnum XVII. 37. seqq. Vid. de Philemone et Baucide Ruhnkenius in Epist. crit. II. p. 186. ad Call. Fragm. 237. et 246. itemque ad Call. h. Iov. 22. et rursus in Callimacho Ernestii ad Fragm. CCCCLIX. ubi obiter Casauboni errorem et Nic. Heinsii castigat, qui Baucidis mentionem apud Callimachum in *Αἰτίοις* fuisse dixerant. De Broncho idem in Epist. crit. II. p. 179. ad Call. Fr. 50. Et hoc quidem certum puto, obversatam esse tum Ovidio tum Nonno Hecalen Callimachi. Quam recte Ovidius hoc vel illud ex Hecale *transtulisse* ad Philemonem et Baucidem dicatur, dubium est. Nos ordinem maxime rerum, quem observat Ovidius, sequuturi sumus in ordinandis fragmentis Callimachi. Nonnum, quem imitatorem Callimachi, hoc est verbo-

rum Callimachi, aliunde novimus, *plura* ex Hecale ad Bronchum *traduxisse*, facilius crediderim. Neque mirabitur quisquam, quod Hecales nullam mentionem faciat Nonnus, sed Molorchum proferat exempli caussa. Potuit Nonnus Molorchi exemplo uti, quoniam aptius virum comparari cum viro, quam cum femina hospite, et nihilominus res, verba, mutuari ex Hecale Callimachi. Cum Molorcho commune Broncho est, quod uterque parcere iubetur, ille arieti, hic ovi. Nonnus: *ὄϊν δ' ἄψαυστον ἐάσας, ποιμενίην τινα δαῖτα θελήμονι θῆκε Λυαίῳ, τεύχων δεῖπνον ἄδειπνον ἀδαιτρεύτοιο τραπέζης, οἷα Κλεωναίοιο φατίζεται ἀμφὶ Μολόρχου, κεῖνα, τάπερ σπεύδοντι λεοντοφόνους δι' ἀγῶνας ὥπλισεν Ἡρακλῆϊ.* Quamquam Bronchum Nonnus aliquanto locupletiorem Molorcho facit, qui unicum habebat arietem; et Philemone, qui unicum anserem.

Apud Callimachum modesta domus sive casae cum supellectile sua humilitas, tum coenae apparatus simplex et rusticus, sed mundus, cum accurata singulorum ferculorum etiam eorum, quae tritissima, minutissima, enumeratione, imaginem praebebant suavissimam, in qua luculenter eminuisse ingenium inprimis aptum talibus rebus Callimachi credibile est. Ne nimis horridum hospitium, victum supra modum vilem fuisse putes, ipsa illa rerum, ad apparatum coenae, quantumvis tenuem, pertinentium copia, quam testantur fragmenta, admonet. Deinde pauperem dici Hecalen, mendicam vel egentem non dici, neque in egentem cadere, quod de nota viatori omni hospitalitate Hecales ipse tradit Callimachus, observatum est in Prolegomenis p. 11. Quare nimium dicunt, ut unum alterumque commemorem, Turnebus Advers. I. 15. XXVI. 7. Meursius in Theseo c. 10. quum *mulierem pauperrimam, anum pauperrimam, anum admodum pauperem* dicunt. Nunc, quando de eleganti tabula Callimachea nihil nisi fragmenta supersunt, non pauca quidem illa, sed disiecta, et ex quibus difficile est unam cuivis intuenti

perspicuam imaginem efficere, circumspicientibus exemplum, quod umbram quasi artis Callimacheae exhibeat, praeter elegantem Ovidii narrationem de Philemone et Baucide, Moreti maxime commendo iucundam in re tenui diligentiam atque ubertatem. Tum Germanis facile in mentem veniet idyllium tripartitum I. H. Vossii. Hinc est quod Hecalen proximam fuisse tenuitati ac suavitati poesis bucolicae dixi. Ea observatio duplex est. Nam et pars carminis haec, in qua nunc constitimus, tota naturam generis bucolici habet, et argumenti heroici, quale est devictus a Theseo taurus Marathonius, cum humili scena, deverticulo agresti, more rustico coniunctio, admodum felix illa, singularem efficiebat totius carminis proprietatem virtutemque. Similis res in carmine Theocriti XXV. cui aptam appellationem, epos bucolicum, Hermannus invenit. Quamquam nec ab antiqua poesi epica heroum cum hominibus rusticis congressiones, et vitae pauperum imagines alienae fuerunt.

Addat aliquis cogitando trepidam sedulitatem, blanda verba bonae hospitae. Quarum rerum omnium testimonia vel vestigia supersunt, coniecturae ope, quae tamen fallere potest, in ordinem redigenda.

Primo salutatum in via Theseum introduxit in tugurium, rude illud haud dubie, et sine arte factum (*οἶκον ἄοικον*, ut Bronchi domum Nonnus), quod ipsa verba Callimachi, *καλιή*, et *τέγος*, paullo ante explicatum, loquuntur; et considere iussit. Fragm. CCXXXVII.

τὸν μὲν ἐπ' ἀσκάντα κάθισεν.

Confidenter hoc statuo, ex more antiquo. Odyss. XIV. 48. *ὣς εἰπὼν κλισίηνδ' ἡγήσατο δῖος ὑφορβός· εἷσεν δ' εἰσαγαγών, ῥῶπας δ' ὑπέχευε δασείας· ἐστόρεσεν δ'* etc. Ovidius VIII. 639. *Membra senex posito iussit relevare sedili; Quo superiniecit textum rude sedula Baucis.* Fragmentum illud ad Hecalen retulit, Ovidiumque admovit Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 186. Quod apud Etymologum legitur: —

Καλλίμαχος· καὶ τὸν μὲν ἐπ' ἀσκάντα κάθισεν (ut editum a Boissonadio Callim. p. 115.), unde Sylburgius coniiciebat: *καὶ τὸν μὲν ἐπ' ἀσκάνταο καθίσας*, *καί* fortasse corruptum est ex *Ἑκάλῃ*. Formam doricam *ἀσκάντα* quod attinet, illustrant se invicem tuenturque *ἀσκάντα* et Fragm. CCCIV. *ἀράχνα*, quod recte Toupius Emendd. in Suid. P. III. Vol. II. p. 257. (I. p. 483. Lips.) et Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 187. pro genitivo accipiunt dorico. Ausa vides Callimachi.

Nostra nunc diaetetice eundo calefactum, vel alia vehementiori corporis commotione, statim bibere vetat, ne repente refrigeretur. Cuius cautionis etsi nullum ex poetis antiquis exemplum recordor, tamen providam curam Hecales decere videtur ad Theseum, quum ardens siti ex itinere potum arriperet, hoc est aquam, ut puto, admonitio:

ἴσχε τέκος, μὴ πῖθι.

Fragmentum Callimachi nuper ex libello *περὶ βαρβαρισμοῦ καὶ σολοικισμοῦ* in codice Paris. 2552. a Boissonadio Anecd. Gr. Vol. III. p. 239. ex eodem libello in codice Barocciano a viro docto in Museo Philologico Cantabrig. N. IV. Novemb. 1832. p. 113. erutum. Verba sunt Grammatici: *Περὶ τὰς ἐγκλίσεις, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· Ἴσχε τέκος, μὴ πῖθι. προστακτικὴ ἀντὶ τῆς ὑποτακτικῆς* (ap. Boissonadium: *ἀνθ' ὑποτ.*) *τῆς μὴ πίῃς.* Et vera haud dubie Boissonadii sententia est, quem ibidem edidit, Herodianum *περὶ σολοικισμοῦ*, p. 256. verbis his: *ὑποτακτικὸν, μὴ πίῃς*, idem significare fragmentum Callimachi. Ex Hecale autem fragmentum esse, viri docti Angli coniectura est. Cui illud non placuerit, is aliam excogitabit occasionem. Veluti ut bibere Theseum vetet, antequam ipsa condimento aliquo miscuerit aquam.

Accedo ad locum periculosum, lubricam coniecturam. Fortasse Hecale Theseo non eo se loco, in quo tum habitabat, natam, sed aliunde advenisse, et divitem se olim fuisse narrabat. Nova res atque inaudita. Id tamen ut moliar, Fragmentum maxime CCCCXXVIII. facit, ut auctum est

a Buttmanno. Quod quum ante uno vocabulo *κολωνάων* constaret, quod ipsum vocabulum quomodo accipiendnm esset non satis liquebat ex verbis Suidae, quae supra Cap. II. p. 543. apposui, nunc plura exstant in Scholiis cod. Ambros. Q. ad Odyss. XIV. 199. *Ἐκ μὲν Κρητάων. ἀπὸ τοῦ Κρῆται. καὶ τὰς Ἀθήνας γὰρ ποτὲ ἑνικῶς ποτὲ πληθυντικῶς ὀνομάζει. τοῦτο δὲ ζημιώσας* (*ζηλώσας* emend. Mai.) *ὁ Καλλίμαχος τὸν Κολωνὸν ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς εἶπεν· ἐκ μὲν Κολωνάων τις ὁμέστιον ἤγαγε δήμου τῶν ἑτέρων.* Annotat Buttmannus: *Sola hucusque e Suida vox Κολωνάων inter fragmenta num.* 428. *relata erat. In fronte ἔκ με forlasse fuit, in calce ἑτάρων. Scena ut vides in Attica est; quare ad Hecalen refero.* Recte postremum, de Hecale. Semel colligam argumentationis, qua et ante nos alii fragmenta Callimachea non pauca ad Hecalen revocarunt, et nosmet ipsi revocare alia solemus, capita partesque. Quod primum est, quum magnam fuisse Hecales Callimacheae apud Grammaticos celebritatem, multum usum, certum sit, de quo in Prolegomenis p. 6. monitum, nullum est hexametro versu scriptum fragmentum, iis exceptis, quae alius titulum poematis prae se ferunt, in quo non quaestio se ac suspicio offerre possit, et vero debeat, an sit ex Hecale desumptum. Quaestioni pondus accedit, acuiturque suspicio, ubi fragmentum videas, quod aut gravitate aliqua naturam carminis epici referat, ut *ἀμάρτυρον οὐδὲν ἀείδω*, et *καὶ τὰ μὲν ὣς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι*; aut quod ad longam et continuam narrationem pertinere appareat. Nullum enim longius Hecale carmen fecit Callimachus. Quae pertineant ad longam narrationem fragmenta, saepe magis sensu percipitur quam rationibus demonstratur. Sed sunt tamen huius quoque rei satis certa indicia quaedam. Ut quum non poetam narrantem, sed loquentes personas audimus poetae. Sermones enim longiori maxime narrationi proprii suut. Conficit rem, si quid cernitur in fragmento, quod facile ad notam nobis pro-

prietatem Hecales vel ad Thesei res eas, quae sunt cum historia Hecales coniunctae, referatur. Ea multa sunt, non omnia comprehendenda hoc loco, sed cognoscenda sparsis per disputationem nostram exemplis. Veluti Fragmentum CCCCXXVIII. eo vindicatur Hecalae, quod scena, ut verbis utar Buttmanni, in Attica est. Eodem argumento illud, *Λιμναῖοι δὲ χοροστάδας ἦγον ἑορτάς*, etiam ante repertum codicem Ravennatem, ad Hecalen referre aliquis e coniectura poterat. Quae ad res factaque Thesei fragmenta pertineant, et docui exemplis, ut illo: *πέδιλα, τὰ μὴ πύσε νήχυτος εὐρώς*, et mox docebo aliis, ubi ad Episodia perventum erit, Cap. VI. Denique fundamento facto, hoc est, concepta atque adumbrata ex his fragmentis, quae probabili indicio quodam ad Hecalen revocantur, et ex illis, quae esse ex Hecale testimonio constat, carminis Callimachei partiumque eius imagine, etiam ea inseri fragmenta, in quibus nullum proprium indicium, modo apta sint narrationis a te adumbratae seriei et continuationi, licet: sed modeste, et ut fatearis incerta te loqui, et esse illa etiam aliis locis apta. Fallax coniectura est; ac fortasse etiam inter illa, quae confidentius adscripsi ad Hecalen, unum alterumque est, quod iniuria adscripsi. Sed tamen persuasum fere est, si quando futurum sit, ut eruatur ipsum integrum carmen Callimachi, quod non fiet; sed si fiat, eorum quae addere neglexerim, numerum inventum iri maiorem horum numero, quae iniuria addidi. Fragmentum CCCCXXVIII.

ἔκ με Κολωνάων τις ὁμέστιον ἤγαγε δήμου
τῶν ἑτέρων,

in quo *με* verissima est Buttmanni emendatio, si est ex Hecale, nemo hoc dicere, nisi ipsa Hecale, potuit. Alium qui ibi fuerit cum Hecale et Theseo tertius, non habemus. Theseus autem, de quo cogitasse Buttmannum, eaque de caussa *ἑτάρων* coniecisse suspicor, non potuit, si quid video. Nam neque cur *e Colono* se venire dicat Theseus, apparet; ne-

que quis fuerit ἕταρος ille, liquet. Atque disertius hoc dicturus fuisset poeta, ni fallor: non sic obscure, τῶν ἑτάρων τις. Ut taceam minus accurate ὁμέστιον dici de eo, qui semel, ut Theseus, ad aliquem locum accedit. Fortasse non ἑτέρων, sed δήμου tentandum est. Hoc modo:

ἔκ με Κολωνάων τις ὁμέστιον ἤγαγε δαίμων
τῶν ἑτέρων.

ex Homero Odyss. VII. 248. ἀλλ' ἐμὲ τὸν δύστηνον ἐ φ έ σ τ ι ο ν ἤ γ α γ ε δ α ί μ ω ν οἶον. et XIV. 386. ἐπεί σε μοι ἤγαγε δαίμων. XXIV. 149. καὶ τότε δή ῥ' Ὀδυσῆα κακός ποθεν ἤγαγε δαίμων. Callimachus Lav. Pall. 81. τίς σε — χαλεπὰν ὁδὸν ἄγαγε δαίμων. Nonnus XLIV. 265. Ἀκταίην δὲ μάχαιραν ἀπ' Ἀτθίδος ἤγαγε δαίμων. Tryphiodor. 420. τίς σε πάλιν, κακόμαντι, δυσώνυμος ἤγαγε δαίμων. τῶν ἑτέρων ita accipio, insolenter sane dictum, ut significet *hos alios*. ὁμέστιος vocabulum post Callimachum frequentat Nonnus. συνέστιος apud Apollonium, Oppianum, et rursus Nonnum; παρέστιος Callim. Fragm. CCCCXI. Apollon. Oppian. ἐφέστιος post Homerum Apollonius et Oppianus saepe, tum alii. Cum genitivo illud construit Sophocles: Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὁμέστιος βροτῶν. Haec si vera sunt, narrabat Hecale se e Colono eum in locum, quem habitabat, qui postea nomen ab ipsa traxit, devenisse.

Divitem olim fuisse colligas ex Fragmento LI.a.*

δινομένην ὑπὸ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσεν ἅλωα.

Quod fragmentum nemo, puto, in Hecale poneret, nisi diserte afferretur ex Hecale. Nunc, quum hoc certum sit; deinde quum praeter ipsam Hecalen nemo sit, quem hoc dixisse de sua area coniicias: nisi Theseum dicere statuas: coniectura nascitur, de pristino loqui Hecalen tempore, quo aream habuerit et opus facientes in ea boves, laetioremque eo hospitalitatem exercuerit. Sane boves habuisse sive Aegeum sive Theseum, eosque suo tempore occupatos in area, quam suam dicere posset Theseus, fuisse, partim Plutarchi

Thes. c. 30. testimonio constat, partim credetur sine testimonio. Verum quo sententiarum nexu in Hecale Theseus dixerit: *δινομένην ὑπὸ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσεν ἅλωα,* non liquet. Versum multi laudant, multumque variant, sed ut nihil extrices, quod praestet repraesentatae a me scripturae Ernestianae vel potius Ruhnkenianae. In Etymologico M. erat, et est, *δινομένη περὶ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλαξεν ἅλωα.* quod tenet in ed. Graevii Bentleius, solo ille Etymologico M. usus. *δεινουμένην ὑπὸ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσον ἅλωα* Suidas v. *Δεινουμένην* T. I. ed. Kust. p. 533. I. p. 905. ed. Gaisf. ubi *δινομένην* primum proposuit Portus, at Gaisfordius Suidam certe in capite glossae *Δεινουμένην* reperisse monet. *δινομένην περὶ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσεν ἅ.* Etymol. Ms. Leid. apud Valckenarium Epistt. Tittmann. p. 50. Ernestius ex eodem *ἐφύλασσον* laudat. *δινωμένην περὶ β. ἐ. ἐφύλασσατ' ἅλωα* Lexicon MS. Bibl. Reg. Paris. apud Ernestium. cui simile ex parte, quod Choeroboscus in Theodos. Anecd. Bekker. III. p. 1440. habet: *δινωμένην περὶ β. ἐ. ἐφύλαττον ἅλωα.* Suidam adhibet, Kusterum qui *θεινομένην* voluerat, refutat, et *δινομένην* approbat tueturque Hesiodi auctoritate, tum in alia digreditur Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 179. Qua in disputatione quid displicuerit vel dubium fuerit Valckenario, velim doceri. Is enim ubi attingit hoc fragmentum Epistt. Tittm. l. l. ita scribit, scilicet respiciens haud dubie tum primum editam (a. 1751.) Epistolam crit. II. Ruhnkenii: *Hic a Ruhnkenio Nostro diversum sentiebam, sed Elegantissimo iuveni nolim obniti.* Alibi Valckenarius eam disputationem cum laude commemorat: ad Herodot. II. 14. Hesiodi locus usus que verbi *δινέμεν* non prorsus idem est qui Callimachi. sed satis illustrat Callimachum. *Ἔργ.* 595. *δμωσὶ δ' ἐποτρύνειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν δινέμεν, — — χώρῳ ἐν εὐαεῖ καὶ ἐϋτροχάλῳ ἐν ἀλωῇ.* ubi Proclus: *τὸ γὰρ δινέμεν ἐστὶ το περικυκλοῦντας καὶ περιελαύνοντας τοὺς βόας ἐν αὐτῇ τα θέρη τρίβοντας ἀλοᾷν.* Pro *τὰ θέρη* Ruhnkenius *τοὺς ἀθέ-*

ρας legi iubebat. mihi potius *ἐν αὐτῇ* suspectum, et *ἐν ἀλωῇ* restituendum ex Hesiodo videbatur: at neque hoc opus est. Qui alibi ex more poetarum epicorum antiquiorum *ἀλωήν* dicit, Aratus, semel v. 941. (209.) *ἅλωα*, ut Callimachus et Nicander Fragm. III. 1. (Athen. IX. p. 369. C.) *κυλινδρωτῆς ἐφ' ἅλωος*. Addaeus Ep. I. (Anth. Pal. I. p. 271.) *ἅλωος*, cum var. script. *ἅλωνος*, ut est *ἅλωνι* apud Antipat. Sid. CXI. (Anth. Pal. I. p. 366.) Quis fuerit, qui *ἐφύλασσεν*, apud Callimachum, dubium. An servus? Tale quid obversabatur Eldikio Suspic. Spec. c. IV. qui fragmentum Callimachi comparat ad illa Tibulli I. 5, 21. *frugumque aderit mea Delia custos, Area dum messes sole calente teret.* Nunc quum de servo eo nihil constet, aliam explicationem anquiro. Consentaneum est *Cereris* nomen suppleri, *Δημήτηρ*, *Δηώ*. Areae praeest Ceres. Theocritus VII. 155. *βωμῷ πὰρ Δάματρος ἀλωάδος· ἇς ἐπὶ σωρῷ* etc. ubi alteram quoque formam Schol. commemorat, *ἀλωΐς*. ibid. 33. *μάλα γάρ σφισι πίονι μέτρῳ ἁ δαίμων* (Ceres) *εὔκριθον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν.* Officium Deae *ἀλωάδος* luculenter describit Homerus Iliad. V. 499. *ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει ἱερὰς κατ' ἀλωάς, ἀνδρῶν λικμώντων, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ κρίνῃ ἐπειγομένων ἀνέμων καρπόν τε καὶ ἄχνας.* quos versus Orpheus Fragm. p. 511. (Lobeck. Aglaoph. I. p. 423.) suos fecit. Cf. Oppianus H. IV. 497. sqq. Maximus v. 507. Hesychius: *Εὐαλωσία. Δημήτηρ, ὅτι μεγάλας τὰς ἅλως ποιεῖ καὶ πληροῖ.* ubi Ruhnkenius ex Orphei hym. XXXIX. 5. Cereris epithetoп *ἀλωαία* comparat. Alia ad significationem vocis *ἀλωή* alteram latiorem, qua ipse agri culti universi ambitus et sata significantur, revocanda sunt. Sic apud Nicandrum Ther. 113. *ἀλώϊα* vel *ἀλώϊα ἔργα* manifesto opus messoris significant. Eodemque spectat haud dubie Nonni *ἀλώϊος Δηώ*, XXX. 68. vel potius, ex emendatione Graefii, *ἀλωϊάς* sive *ἀλωϊάς*. Vere emendasse Graefium Ioannis Gazaei exemplo probo, v. 658. (II. 300.) *Θαλυσιὰς-καρποφόρος Δήμητρος ἀλωϊάς.* Itaque hoc epitheto omnia, metendi opus,

inferendi in ἅλω quae proprie dicitur, atque exterendi, comprehendi videntur. εὐρυάλωος Δηοῦς quum dicit Nonnus VII. 82. nihil nisi latos agros significari putem propter similia εὐρυάλωος ἀρούρης IV. 409. XXXIX. 139. et εὐρυάλωος κώμης, χώρης, Evang. Io. XI. 31. XII. 1. et εὐρυάλοιο γαίης XI. 55. Haec sufficiant de Dea ἀλωάδι, quae nobis illam Hecales ἅλωα, si fuit Hecales, *custodivisse* videtur.

Quum semel inter incerta verser, non verebor periclitari in versu obscurissimo poetae anonymi apud Suidam v. *Κοκκύαι*: ἀφ' ὑμέων κοκκύῃσι καθημένη ἀρχαίῃσι. ubi Portus coniicit: πὰρ δ' ὑμέων κοκύῃσι καθημένη ἀ. Toupius: εὐφήμως κοκύῃσι παρημένη ἀ. ut de modesta virgine sermo sit. Iacobsius in ἀφ' ὑμέων poetae nomen, *Εὐφορίων*, latere suspicabatur: quem sequutus est Meinekius Fragm. Euphor. CLVI. Sane talem quendam poetam, qualis Euphorio, decet κοκκύαι s. κοκύαι vocabulum. Quid si Callimachus sit? Coniicio:

ὑμείων κοκύῃσι καθειμένη ἀρχαίῃσι.

a vobis descendens priscarum aviarum serie. Verba Hecales ad Theseum, quibus significat se ex prisca antiquissimorum Atheniensium stirpe esse. ἀφ' apud Suidam fortasse explicationis caussa additum. Ibi igitur illud quoque esse potuit, aliud Hecalae nomen proprium fuisse, ut conieci, sed dubitanter, p. 515. Sed teneri velim, quod praefatus sum: quicquid de pristina conditione, laetiore illa, Hecales disserui, coniecturam esse mihimet ipsi incertam. Aliquid tentandum erat, ut explicationem invenirem fragmentis, quae esse ex Hecale partim testimonio constat, partim probabili argumentatione efficitur, LI.a*. et CCCCXXVIII. Et tentandum, quod in se probabilitatem haberet: quale est, nisi fallor, hoc meum. Callimachi esse versum, quem postremo loco tractavi, ap. Suid. v. *Κοκκύαι*, etiam Toupius aliquando coniecerat, ut nunc intelligo ex verbis eius, quae publicavit Gaisfordius ad Suid. v. *Κυμαίνει*. Omnino recte Toupius, sicubi non notum aliunde fragmentum poetae, sed docti poetae, videt,

statim quaerit, an sit Callimachi, vel etiam Apollonii: v. Emendd. in Suid. P. II. Vol. I. p. 315. (T. I. p. 209. Lps.) et apud Gaisfordium in Suid. v. *Ἔαρ* et v. *Περίθριξ*. De Apollonio non tam explorata res est. De Callimacho sentiebat cum Toupio Ruhnkenius.

Denique quae *suam* quondam *aream* memorasset, etiam *suum aratrum* memorare posse videbatur. Fragm. CCCCXXXV. *οἵ κεν βρωσείοντες ἐμὸν παρίωσιν ἄροτρον*, cum explicatione Toupii Addend. in Theocrit. p. 395. Cui explicationi non multum obstat, quod dicitur *ἡ γέρανος*. Sed abstinendum est, et properandum eo, ubi pede magis certo ingredi liceat.

Credibile est excusavisse Hecalen paupertatem suam, tenues epulas. Ut aliquid excusationis praefatur Eumaeus Odyss. XIV. 58. et 80. Ibi insero versum anonymi, quem admodum felici coniectura Ruhnkenius Epistt. Tittm. p. 21. Callimachi esse et ex Hecale divinavit, apud Suidam v. *Λιμός*:

γαστέρι μοῦνον ἔχοιμι κακῆς ἀλκτήρια λιμοῦ.

Cf. Suid. *Ἀλκτήρια λιμοῦ*. Recepit inter Fragmenta Callimachi Blomfieldius, CCCCXC. Thesei verba, respondentis ad excusationem Hecales, vel antevertentis paranti excusationem Hecalae. Apud Ruhnkenium memoriae lapsu, ut puto, *ἀλκτήρια νούσου* legitur. Quod per se minime displiceret. *νοῦσος* enim recte fames, non solum illa inexpleta Erysichthonis Callim. h. Cer. 68. sed omnis fames diceretur, ubi addita *γαστέρος* mentio. *ἀλκτήρια νούσων*, sed de morbis proprie dictis, Nicander Alexiph. 350. et *νόσων ἀλκτήρια* Ther. 528. *ἀλκτήρια νούσων* Nonnus Evang. Io. III. 14. cf. *ἀλκτήριον* XIII. 4. et Dionys. XLV. 348.

Ut apud Ovidium postquam considere deos iusserunt Philemon et Baucis, proximum Baucidi est, ignem excitare in foco, eodem ordine, ut puto, processit Hecale Callimachi. Fragm. CCCCLIX*. ex Etymol. MS. Bibl. Leidens.

παλαίθετα κᾶλα καθήρει.

cum annotatione Ruhnkenii: *Hecale vetusta ligna, quibus in foco uteretur, de strue aut aliunde detraxit. Imitatus est Ovidius Metam. VIII. 644. de Baucide.* Verba sunt Ovidii: *ramaliaque arida tecto Detulit.* Non statim extrico, an idem sit liber Etymol. Ms. Bibl. Leidens. et Glossarium Ms. Vossianum, ex quo eadem vel prorsus similia annotata sunt in schedis Ruhnkenii Epistt. Tittmann. p. 103. sq. Quum non omnibus praesto sint Epistolae illae, apponam quae ibi referuntur e Glossario Ms. Vossiano: *Καλόστροφος· σχοινόπλοκος. Κᾶλον γὰρ τὸ σχοινίον. ἴσως ὅτι ἀπὸ τοῦ φλοιοῦ ξύλου τὸ πρῶτον ἐπετηδεύθη· κᾶλον γὰρ τὸ ξύλον εἴρηται, ἀφ' οὗ καλόπους, τὸ λεγόμενον καλοπόδιον. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ· παλαίθετα κᾶλα καθήρει.* Neque negligendus, quo Ruhnkenius utitur, Suidas: *Κᾶλα παλαίθετα. ξηρὰ ξύλα, ἐκ πολλοῦ ἀποτεθέντα χρόνον. κᾶλα* post Callimachum et Callimacho antiquiores, sed eos non multos, Orpheus Arg. 513. Eandem in rem habile est Fragmentum CCLXXXIX.

ξύλα δανὰ κεάσσαι.

Ovidius l. l. *Multifidasque faces, ramaliaque arida tecto Detulit, et minuit, parvoque admovit aeno.* Veluti sic: iussit Hecale ancillam *ξύλα δανὰ κεάσσαι.* Si ancillam habuit Hecale, de quo statim. Verum quum eadem verba, *ξύλα δανὰ κεάσσαι*, apud Homerum Odyss. XV. 322. exstent, quaeritur, quo iure ea Callimacho Suidas v. *Δανά* attribuat. Et Kusteri quidem, itemque Ruhnkenii Epistt. Tittm. p. 103. sententia erat, errare Suidam, et Callimacho male tribuere, quod Homeri esset. Altera est Ernestii opinio, Callimachum hoc hemistichium ex Homero in sua duxisse. Et sane potuit accidere, ut quod ex Homero tamquam primo auctore deberet, id ex imitatore Homeri Callimacho laudaret grammaticus. Eadem dubitatio in Fragmento CCCXVI. Suidae addatur Zonaras p. 470. Verum tamen is quod et ipse *Callimachum* citat, nullum novum pondus addit: nam e Suida, vel ex proximo Suidae fonte, hausisse Zonaram, illud fidem facit,

quod eodem modo perversa ordine verba Zonaras laudat, quo sunt apud Suidam, sic: *δανὰ ξύλα κ.* Anna Fabri p. 166. (p. 368. ed. Ern.) quum e *Constantino* laudat eadem, non, quod aliquis opinetur, Constantinum Lascarin, sed Roberti Constantini Lexicon intelligit.

Differebat aliquid Hecalen inter et Philemonem Baucidemque Ovidii, quod quum apud Ovidium bipartitum sit munus hospitii, ut ignem incendat Baucis, at Philemon olus colligat ex horto, quod deinde Baucis truncat foliis, et sic alia, apud Callimachum Hecale ista omnia peregisse sola videtur. Et in Moreto ille, dum ipse in mola occupatus est, Cybalen vocat, atque *arsura focis imponere ligna Imperat, et flamma gelidos adolere liquores*: v. 37. cf. v. 50. An Hecale quoque ancillam habuit? Non negaverim, etsi quae eius rei indicia invenire tibi in fragmentis videaris, perquam tenuia sunt. Cf. mox ad Fragm. CLXXVIII. et CCLXXXII.

Cibum quod attinet, hoc pono tamquam certum, non appositam esse carnem recentem. Atque hoc illud, in quo cernebatur tenuitas mensae Hecaleae. Puto quod non haberet Hecale vaccas, oves, capellas, nisi forte lactis caussa. Fuit igitur *τράπεζα* Hecales *ἀναίμακτος*, quo vocabulo Nonnus utitur XVII. 62. *εἰλαπίνην ἐλάχειαν ἀναιμάκτοιο τραπέζης*, de victu, quo Bacchus nutritus fuerat apud Cybelen. et alio sensu Sibylla quae dicitur, VIII. v. 186. *τούτῳ θὲς καθαράν τε ἀναίμακτόν τε τράπεζαν.* Vel *ἀδαίτρευτος*, quod Nonni vocabulum eandem in sententiam interpretor, ut cibi proprietas significetur eius, in quo non opus ut dividatur, h. e. dissecetur. Nonnus XVII. 51. *τεύχων δεῖπνον ἄδειπνον ἀδαιτρεύτοιο τραπέζης*, de Broncho, qui ovi parcere iussus erat; XL. 419. *αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἔτερπεν ἀδαιτρεύτῳ παρὰ δείπνῳ*, scil. Bacchus apud Astrochitonem, qui nectar et ambrosiam apponit; Evang. Io. XXI. 15. *ἰχθυόεν μετὰ δεῖπνον ἀδαιτρεύτοιο τραπέζης.* Dignum Callimacho foret hemistichium: *ἀδαιτρεύτοιο τραπέζης.* Cf. similiter dictum *ἀβακ-*

χεύτοιο τραπέζης Evang. Io. II. 5. Apponam alia, quae Nonnus suam in rem, hoc est, Bronchi in epulas, transtulisse e Callimacho videatur. Ac primum quod scribit XVII. 39. *Βάκχον ἀνὴρ ἄγραυλος ἐρημάδι δέκτο καλιῇ*, et quod v. 59. *φιλοξείνῳ δὲ νομῆϊ*, in mentem revocat illud Callimacheum, *φιλοξείνοιο καλιῆς*. Deinde haec sunt haud indigna Callimacho vocabula: v. 45. *εἴδασιν οὐτιδανοῖσι, καὶ ἀγραύλοισι κυπέλλοις*: scil. lactis, et quidem caprini. v. 50. *ποιμενίην τινὰ δαῖτα*. v. 59. *ἀγρονόμων λιτὰ δεῖπνα*. v. 60. *ὀλίγης ἔψαυσε τραπέζης*, ut *ὀλίγῃ ξείνισσε τραπέζῃ* de Icario XLVII. 39. v. 62. *εἰλαπίνην ἐλάχειαν ἀναιμάκτοιο τραπέζης*. v. 67. *ἀλλ᾽ ὅτε Βάκχος ἄναξ νομίης ἐκορέσσατο φορβῆς*. v. 81. *νομίης τραπέζης*. Non dico haec in Hecale fuisse omnia; unum alterumque fuisse coniicio. Ut *ἐλάχεια*, quod apud Homerum et Homeridas vix ter, non sine varietate scripturae, at apud Nonnum decies reperitur, decceret Callimachum, cuius aliud ausum est (Fragm. CCCXLIX.) *ἐλαχός*. Sed aliquid tamen carnis apposuisse Theseo Hecalen, ingeniosa coniectura erat, partim ex Ovidio ducta, partim in fragmento quodam Callimachi innitens, Ruhnkenii. Fragmentum est CCXLVI. *δίκροον φίτρον ἀειραμένη*. quod Ruhnkenio Epist. crit. II. p. 186. ex Hecale sumptum, ad Philemonem transtulisse videbatur Ovidius ita: *furca levat ille bicorni Sordida terga suis, nigro pendentia tigno.* Simulum in Moreto non habuisse pernam diserte monetur v. 56. 7. atque ita monetur, ut intelligas paupertatis esse testimonium, quod non habuerit. Hecale potuit habere, potuit non habere. Mihi de coniectura Ruhnkenii unum dubitationem iniiciebat hoc, quod admodum apta pentametro viderem verba *δίκρον φιτρὸν ἀειραμένη*. Sin hexametri fuerint, in Hecale, ita disponenda esse apparet:

δίκρον

φιτρὸν ἀειραμένη.

Nam *δίκρον* scribendum est, ut est in Fragmentis a Vulca-

nio collectis et apud Annam Fabri p. 354. ed. Ernest. non *δίκροον*: cf. laudati Ruhnkenio A. Heringa Observ. p. 107. ibique Nicand. Ther. 228. Toupius Anim. in Schol. Theocrit. p. 217. tum recentiores, Brunckius ad Apoll. Rhod. IV. 1613. Schaeferus ad Schol. Apoll. Rhod. praef. p. XV. sed quod ibi p. 26. legitur e cod. Paris. enotatum, *δέ κρὰς* vel *δικράς*, alio modo emendandum haud dubie. Nobis Toupius maxime memorandus, qui ex Etymologo in v. *Μίκκος* hoc protulit, ad ipsum illum Callimachi locum referendum: *φιτρὸς δίκρος, τὸ φουρκίον.* Alia significatione generali *φιτρός*, *φιτροί*, apud Homerum, Apollonium, Orpheum in Argonauticis.

Initium coenae factum ab olivis putem. Ut initium Ovidius facit: *Ponitur hic bicolor sincerae bacca Minervae, Conditaque in liquida corna autumnalia faece, Intubaque, et radix.* Iam de olivis ex parte tam perspicue Callimachus, ut nihil dubites, appositas fuisse integras, conditas sale, vel etiam tum, quum apponebantur, natantes in muria. Fragm. L.*

γεργέριμον πίτυρίν τε καὶ ἣν ἀπεθήκατο λευκὴν
εἰν ἁλὶ νήχεσθαι φθινοπωρίδα.

Nonnus XVII. 54. 5. manifesta imitatione, quam monstravit Epist. crit. II. p. 179. Ruhnkenius: *χύδην δ' ἐπέβαλλε τραπέζῃ εἰν ἁλὶ νηχομένης φθινοπωρίδος ἄνθος ἐλαίης Βρόγγος.* De duobus apud Bentleium testimoniis Suidae in v. *Γεργέριμον* et v. *Φθινόπωρον*, alterum in *Φθινόπωρον* nunc delevit Gaisfordius. *γεργέριμον* rursus commemorat Suidas in *Ἐλάα*: — *ὅτι τὴν ἐν τῷ δένδρῳ πεπανθεῖσαν ἐλάαν γιγέριμον* (libb. Gaisf. *γιγέρημον*, *γεγέριμον*) *ἔλεγον· παρ' ἡμῖν δὲ ῥουπάταν.* hoc postremum emendant *δροῦπαν*. cf. Suidas in *Δρύππα* et *Δρυπέπης*, ubi e Cornelio Longo (Anal. Br. II. p. 200. Anth. Palat. I. p. 246.) *τήν θ' ἁλίπαστον δρύπεπα*, et a Kustero Glossa laudatur haec: *Γεργέριμος· ἐλαία μέλαινα.* Non negligendum, quod in Anthologia Palatina ante epigramma Cornelii Longi proximum est, eodem argumento, epigramma Gaetulici (Anal. Br. II. p. 166.): *καὶ ταύτην ἀπέτη-*

λον ἁλινήκτειραν ἐλαίην. quod Suidas interpretatur τὴν ἐν ἁλὶ νηχομένην. Reputet velim lector me hac maxime in parte Hecales consistere in iis, quae ad explicationem Callimachi sufficiant, non arripere quicquid ad res, quas attingit Callimachus, aliquo modo referendum aut veteres scriptores docent aut interpretes illorum viri docti afferunt. Sic probe recordor, quae ad olivas κολυμβάδας, ἁλμάδας, alias, pertinentia Athenaeus II. p. 56. interpresque Athenaei Schweighaeuserus disputant. Unde hoc tantum delibo, quod Coraës observat, muria conditas et feniculo olivas Graecos etiamnum nosse et κολυμβητὰς ἐλαίας appellare. Deinde quas praeter eam, quam diserte distinguit, κολυμβάδα, olivas alias commemorat Callimachus, γεργέριμον πίτυρίν τε, quod apparandi modum attinet, θλαστάς fuisse, vel στέμφυλα, credibile est. Coniungit ἐλάας et στέμφυλα Anaxandrides Athen. IV. p. 131. E. Iuvat interdum etiam parva in re ostendere, quam sibi similis atque constans sermo sit Callimachi. Verborum nexu simile Fragmento L. hoc est hymno in Del. 21. Σαρδὼ θ' ἱμερόεσσα, καὶ ἣν ἐπενήξατο Κύπρις ἐξ ὕδατος ταπρῶτα.

Aderat

ἕρπυλλον, vel potius ἕρπυλλος,

Fragm. LX*. Et

σόγχος,

κρῆθμος,

Fragm. LXIII*. LXIV*. Et de his, *soncho* et *crethmo*, admodum luculentum Plinii est testimonium. Utinam qui fragmenta Hecales afferunt alii, eadem diligentia non solum Hecales fragmenta esse, sed quo in loco Hecales fuerint, docerent. Verba sunt Plinii XXII. 22. (44.) *Estur et sonchos, ut quem Theseo apud Callimachum apponat Hecale, uterque albus et niger, lactucae similes ambo*, etc. XXVI. 8. (50.) *Eadem vis crethmo ab Hippocrate admodum laudatae. Est autem inter eas quae eduntur silvestrium herbarum. Hanc certe apud Callimachum apponit rustica illa Hecale: species-*

que est batis hortensiae. — Estur crudum coctumve cum olere, — Servatur etiam in muria. Cf. XXV. 13. (96.) *Crethmos agrios.* Unde mihi κρῆθμος placuit. Apud Galenum tamen κρῆθμον est. Est etiam κρηθμόν (de qua varietate prosodiae Bachmann. ad Lycoph. 238.) et σόγχος apud Hesychium, incertum utrum e Callimacho, an e Nicandro Ther. 909. et Georgicor. fragm. V. (Athen. IX. p. 371. C.) ubi σόγκος. Vilia edulia, ut videbitur: ne cui nimis vilia ac nimis minuta videantur, intuborum apud Ovidium, et intubi aliarumque herbarum in rustica coena Lucilii lib. V. meminerit, et lactucae, cui quidem sonchos similes esse Plinius scribit. Et quae alia vel ex uno Theophrasto cognoscas, magnam in cibis inveniendis industriam Graecorum pariter ac saepe contentam parva re famem testantia, λάχανα. Tam modeste auceps Babrii Fab. IX. coenaturus erat, θύμβραν καὶ σέλινα, quum superveniente hospite, de perdice, mansueta illa, et de gallo gallinaceo cogitare coepit. Cuius temperantiae, Atheniensibus maxime consuetae, et carpi solitae in Atheniensibus, exempla alia, qui volet, apud Athenaeum in libro secundo p. 60. videat, et lib. quarto p. 130. sqq. Unde satis habeo excerpsisse proverbii in modum dictum Antiphani IV. p. 130. F. Ἕλληνες μικροτράπεζοι, φυλλοτρῶγες. et iam congesta a Marklando ad Eurip. Suppl. 864. de *soncho* testimonia Antiphanis II. p. 60. D. Matronis ibid. p. 64. C. Hegesandri VI. p. 250. E. Cf. Theophrastus Hist. pl. VI. 4, 8. cum obss. Schneideri, et laudatus Harduino ad Plinium Galenus de simpl. medic. fac. lib. VIII. T. XII. Lips. p. 128. Ἕρπυλλον et κρῆθμον coniuncta, sed alium in usum, apud Nicandrum Ther. 909. habes. Praeterea ἕρπυλλον commemorat idem Alexiph. 274. Ther. 67. 533. Fragm. II. (Athen. XV. p. 683. F.) 40. Inter edulia ἕρπυλλος est, iuxta corna, punica, papaver, pira, olivas, apud Anaxandridem Athen. IV. p. 131. E. Ad κρῆθμον memorabilis est Schneideri in Lexico gr. observatio, etiam nunc χρίθμον herbam habere Graecos, eaque

vesci. Et Hecales mensam inprimis decent facile parabilia undecumque λάχανα τῶν αὐτοχθόνων. Nisi ex hortulo quodam suo profecerit. Cf. si placet, de hortis priscae simplicitati gratissimis atque utilissimis nobile Plinii XIX. 4. (19.) testimonium. Sed fere persuadent laudati ante Plinius et Galenus, sonchum et crethmum non hortensia fuisse, sed agrestia, ἀρουραῖα s. ἄγρια, olera. Atque hoc fortasse est, propter quod Casaubonus ad Athen. VI. p. 250. E. Anim. p. 437. scribit, sonchum fuisse *inter vilissima olera*. Quod apud Plinium XIX. 4. (19.) legitur, *acetaria* vocabulum, cum explicatione Salmasii, eius fortasse aliquis ad nostram disputationem usus est. Scilicet quo ista modo apparata ab Hecale fuerint, serpyllum, sonchus, crethmus, fortasse ab eo pendet, qua anni tempestate Theseum ad Hecalen venisse statueris: de quo ego nihil habeo nisi propositam Cap. III. extr. in Fragm. CLXXX*. opinationem meam. Ergo, quae est non inusitata Theophrasto distinctio, aut ἑφθά fuerunt aut ὠμά. Si non cocta, et fortasse simplicitati huius coenae convenit, nihil coxisse Hecalen praeter illud, quod paullo post videbimus: aut cruda apposita fuerunt, ut erant recens collecta, statim edenda, fortasse ex aceto. Aut, quo ducunt olivae muriaticae, et Plinii de crethmo verba, *Servatur etiam in muria*: ἁλμαῖα haec quoque, i. e. postquam per longius temporis spatium in muria, vel aceto, recondita fuissent: qualia, post ἁλμάδας ἐλάας κολυμβάδας, ex Nicandri Georgicis recenset, hiemis maxime in usum destinata, Athenaeus IV. p. 133. D. E. Quam aliam mixturam Nicander in eodem Georgicorum libro ap. Athen. IX. p. 371. C. describit, in qua σόγκος est, utrum decoquenda fuerit, an alio modo apparanda, ambigo. Hic inserendum fortasse Callim. Fragmentum CCCC. ex Plinio, cuius haec XXV. 13. (106.) verba sunt: *Erigeron. Nomen hoc Graeci dederunt, quia vere canescit. Caput eius numerosa dividitur lanugine, qualis est spinae, inter divisuras exeunte. Quare eam Callimachus acanthida appellat, alii pappum.*

Nec deinde Graecis de ea constat. In λαχάνοις numeratur a Theophrasto Hist. pl. VII. 7, 1. Comprehendam omnia versu: σόγχον .... κρῆθμόν τ' ἠδ' ἕρπυλλον, ἀκανθίδα τ' ἠριγέροντα. Ita enim interpretor Plinium, non ut quem ceteri ἠριγέροντα, eum Callimachus ἀκανθίδα appellaverit, sed ut ἀκανθίδα epitheton fecerit. Non obstat genus, ὁ ἠριγέρων. Denique Callimachi haec: ἦχι γέγεια ἄνθεα μήκωνός τε Fragm. CCLII. huc illuc versavi, an vellent commoda se praebere ad hanc coenae Hecaleae partem. Sed nihil efficio. Illud sane probabile est, quod emendatione effecit Bentleius, certe nihil inventum a quoquam melius emendatione Bentleiana scio: Callimachi esse tam hoc quam quod praecedit apud Etymologum: ἦ ῥ' ὅτι τῶς ὁ γέγειος ἔχει λόγος. Et fortasse ex eodem opere utrumque. Quod in hoc: ἦ ῥ' ὅτι τῶς ὁ γέγειος ἔχει λόγος, nescio quid epicae indolis animadvertere tibi videaris, id non tantum est, ut Hecalae adiudicari debeat, Aetiis nequeat.

Praeter olivas et praeter herbas s. olera aliquid Hecalen apposuisse amplius, sponte intelligitur, et recte viri docti, Toupius, Ruhnkenius, fragmenta alia circumspexerunt, quibus locupletaretur huius tenuis, sed in tenuitate amplae coenae descriptio. Igitur huc revocarunt Toupius Emendd. in Suid. P. V. Vol. III. p. 182. (II. p. 287. Lps.) itemque Ruhnkenius Epist. crit. II. p. 185. et Epistt. Tittm. p. 20. fragmenta haec, unum Callimachi, CLXXVIII.

αὖθις ἀπαιτίζουσαν ἔτνῶν εὐεργέα λάκτιν.

alterum anonym. apud Suidam v. *Κυμαίνει* (Fragm. Blomf. CCCCLXXVIII.)

αἶψα δὲ κυμαίνουσαν ἀπαίνυτο χυτρίδα κοίλην.

Et *pultem* quidem sive ἔτνος, sive qua alia appellatione utaris, datam Theseo esse, tam probabile est quam quod maxime. Quodsi alio quodam cibo opus erat, quo satiaretur Theseus, ut fuit opus haud dubie, nullum aptiorem esurienti viatori cibum, nullum qui magis deceat conditionem hospitae,

excogitaveris. Priora, olivae, et herbae istae, non satiaverant: de quibus fere id sentiendum esse censeo, quod de lactucis scribit Plinius: *Est quidem natura omnibus refrigeratrix, et ideo aestate gratae stomacho fastidium auferunt, cibique appetentiam faciunt.* Athenaeus IV. p. 133. A. Ἐχρῶντο γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τοῖς εἰς ἀναστόμωσιν βρώμασιν, ὥσπερ ταῖς ἁλμάσιν ἐλάαις, ἃς κολυμβάδας καλοῦσιν. et similiter paullo post de ἁλμαίᾳ illa Nicandri. Itaque hoc facile credam, aliquid pultis simile adfuisse. Et credam sine diserto testimonio. Quod enim testimonium hanc in rem ex Fragmento CLXXVIII. petas, id non ab omni parte certum tutumque, si quidem ibi ἐτνῶν nihil nisi emendatio Ruhnkenii est, approbata Ernestio. Bentleius in edit. Graevii ex Etymologico corrupte:

αὖθις ἀπαιτίζουσαν ἔκνων εὐεργέα λάκτιν.

quod Casaubonus emendaverat ἑήν, Anna F. ἔγνων; Bentleius: *Nescio an legendum sit,* αὖθις ἀπαιτίζουσα νέην εὐ. λάκτιν: *novam truam.* Ruhnkenius, ut dixi, ἐτνῶν: in quo neque numeri pluralis usus idoneus videtur, quod Toupius l. l. sentiens ἔτνους singularem substituit; et displicet minime necessaria in hoc vocabulo correptio prioris syllabae. Correptionis lex Callimachea, quantum ex Hymnis colligitur, haec fuit. In extremis vocabulorum syllabis vis positionis negligitur saepissime, ut in his quae partim sunt auribus elegantiae Homericae assuetis satis durae correptiones, in hymno Iovis: ἐνὶ χρῶτα, ἐγγύθι Κνωσσοῦ, ἄϊδι κλῆρον, διὰ πλεῖστον. Etiam ante μν, in illo celebrato a Grammaticis τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος — Fragm. XXVII. de quo praeter laudatos Bentleio Hephaestionem, Hortos Adonidis, et Priscianum, cf. loci Prisciani alii apud Gaisfordium ad Hephaestionem p. 17. ed. Lips. Theodosius et Choeroboscus in Bekkeri Anecd. III. p. 1176. et Theodosius Goettling. p. 42. In mediis vocabulis, si Epigrammata excipias, quorum maior licentia est, rarissima correptio. Exempla annotavi a multo

tempore, sed non putem multo plura esse: h. Iov. 74. ἴδρις priori correpta, h. Del. 241. κεκρυμμένα, h. Cer. 36. ὁπλίσσας. ἀλλοτρίῳ h. Dian. 176. h. Cer. 85. et Τρινακρίη h. Dian. 57. (ubi al. Τρινακίη) non numero, ut in quibus necessaria correptio. et h. Del. 201. ubi vulgo κατέφλεξας, secunda correpta, incertum quid a manu Callimachi fuerit. Eadem res in Fragmentis. In Fragm. CXIV. 2. ἰχνεῦμαι priori correpta, in metro dactylico lyrico. Fragmentum CCXXIII. ita concipiendum esse, ut a Bentleio conceptum Valckenario in Callim. Eleg. Fragm. p. 296. placuit, probabile est: τοῦ τε μεθυπλῆγος φροίμιον Ἀντιλόχου, inserta τε particula, non τοῦ μεθυπλῆγος secunda correpta. Ex Fragmento CCXLVI. correptionis quae possit esse suspicionem, δίκροον, paullo ante sustulimus. Post haec periculosum videbitur, correptionem inferre e coniectura velle in Callimachum, et in Hecalen, cuius carminis cur maior hac in re licentia fuisse quam Hymnorum putetur, caussa nulla est. Quare aliam corrupto loco medicinam expeto. Ac mirum, quod ea difficilis ad inveniendum sit, quum tam paucae sint litterae, in quibus mendum latet. Mihi difficiliore aliquo et minus noto vocabulo opus esse videtur, quod fallere librarium potuerit, non tam planis atque expeditis ἑήν, νέην. Coniicio:

αὖτις ἀπαιτίζουσ' ἀκέων εὐεργέα λάκτιν.

iterum petens sine voce, h. e. nutu, *bene fabricatam truam*. Accipio de Hecale, quae truam porrigi sibi ab ancilla iubet. Sane nihil obstat, quominus ancillam fuisse Hecalae statuas. Vel potius probabile est fuisse ancillam tam late hospitalitatem exercenti, cuius officiis, etiamsi non in omnem viatorem eo modo officiosam fuisse, quo se praebuit Theseo, sed plerosque parvo ξενίῳ donatos dimisisse statuas, ipsa, vetula, vix potuit sola sufficere. Ad rem recordor Moreti v. 92. *Et clara famulam poscit mortaria voce.* At Hecale truam non *clara voce*, sed ἀκέων. Nescio an aliis placeat, mihi valde placet Hecale, qualem emendatio nostra sistit, tota intenta

in ollam suam: tacens, ut nutu tantum gestuque illud, quod requirebatur ad opus, poscat. ἀκέων, ut Homerus loquitur. Favet nonnihil coniecturae nostrae, quod Bentleius ex ipso Etymologico non ἀπαιτίζουσαν, ut est in exemplo Sylburgii Lipsiensi, et in Veneta 1549. sed ἀπαιτίζουσα laudat, sic: ἀπαιτίζουσα ἔκνων. At ex quo Etymologici exemplo? An e Commeliniano Sylburgii? In Veneta quam dixi etiam magis vitiose ἔκνον legitur. Elisionem in ἀπαιτίζουσα, non multum usurpatam, si bene memini, a Callimacho, tamen tuebitur exemplum ex hym. in Cer. 66. ἁ μὲν τόσσ' εἰποῖσ' Ἐρυσίχθονι τ. π. et simile φιλέουσ' in Fragm. LII*. Sed invitus, fateor, sustuli tam bellam caesuram trochaicam αὖτις ἀπαιτίζουσαν. Quibus ἐτνῶν placebat, vel ἔτνους, de constructione differebant. Ruhnkenius, puto, ἐτνῶν λάκτιν iungi simpliciter volebat; Toupius ἔτνους εὐεργέα, pultis confectricem truam, iusto artificiosius. Callimachus haud dubie iunxerat εὐεργέα λάκτιν, ut facit Nicander Ther. 108. 9. ἔπειτα δὲ λάζεο τυκτὴν εὐεργῆ λάκτιν. et rursus idem Ther. 708. εὐεργεῖ μάκτρῃ, si forte vera haec scriptura sit, cuius memoria in scholiis. nunc ibi λαεργεῖ exhibetur, quod et ipsum norunt scholia. Observavit Casaubonus, Nicandro in significatione vocis λάκτις convenire cum Callimacho. Scilicet λάκτιν, quum alibi *pistillum* significaret, Callimacho *truam* esse, explicatio Etymologi, τορύνη, et Suidae altera statim proferenda, ζωμήρυσις, docent; ad Nicandrum autem ita scholia: λάκτις δὲ ὁ λεγόμενος παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἀλετρίβανος· νῦν δὲ λέγει τὴν τορύνην, τὸ κίνητρον. Etymologo testimonium addendum Suidae est, Callimachum respicientis: Λάκτιν. τὴν λεγομένην κώταλιν, [ἢ] τορύνην. ὅ ἐστι ζωμήρυσιν. εὐεργέα λάκτιν.

Praeterea αὖτις scripsi. αὖτις legitur h. Iov. 21. Lav. Pall. 141. h. Cer. 69. Fragm. CXCV. et quos locos Index Annae F. monstrat, in quibus vulgo αὖθις legitur, h. Del. 99. 148. 320. Fragm. CXIII. in iis omnibus libri scripti, iique,

ut puto, meliores, αὖτις offerunt. Quod ad h. in Del. 320. nihil eiusmodi annotatum, oblivione factum Ernestii arbitror, quem v. ibid. ad vs. 148. Moneo, ne forte aliquis eam Callimacho observatam differentiam inter αὖθις et αὖτις opinetur, de qua Ammonius p. 27.

Iam etsi sublata emendatione Ruhnkenii nulla diserta ἔτνους mentio restat, semper manet talis cuiusdam ferculi, quale est ἔτνος, index λάκτις. Leguminum, quae fuit usitatissima ἔτνους materia, nullum indicium, quod huc pertineat, in fragmentis Callimachi. Sed quid si leguminum loco frumentum sumpserit Hecale, e. g. hordeum? Fortasse hic recte reponetur Fragm. CCXXXII.

εἰκαίην, τῆς οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρίς.

Cuius fragmenti etiam Zonaras p. 250. meminit: Ἀποβράσματα. τὰ πίτυρα παρὰ Καλλιμάχῳ· τῆς οὐδὲν ἀπέβρασας φαῦλον ἀλετρίς. Prorsus ut est apud Suidam in Ἀποβράσματα: — τῆς (e libb. Gaisf.) οὐδὲν ἀπέβρασε φ. ἀ. Eodem refero Schol. Aristoph. Pac. 258. καὶ ἀλετρὶς ἡ μυλωθρός, παρὰ Καλλιμάχῳ. non ad Hymnum in Del. 242. ut ibi statuunt Spanhemius, Ernestius. Cum Scholiasta Aristoph. convenit Suidae in Ἀλετρίβανος. ἀλετρίς est, post Homerum, apud Nicandrum Fragm. IV. (Athen. IX. p. 372. F.) 5. ἔνθα τε μέτρῳ ὄσπρια πανσπερμηδὸν ἐπεγχεύῃσιν ἀλετρίς. ἔβρασε verbum non usitatum veteribus poetis epicis, si recte memini, apud eundem Alexiph. 25. εἰκαίῃ sc. κοίτῃ apud. eund. Ther. 78. εἰκαίης sc. γαίης Ther. 394. Igitur videndum an haec ita ordinanda sint. Apparavit Hecale ἔτνος s. pultem. Primum sumpsit intulitque frumentum, fortasse κριθήν,

εἰκαίην, τῆς οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρίς.

Coquitur. Ad finem properante opere rursus poscit, cuius iam ante usus fuerat, λάκτιν:

αὖτις ἀπαιτίζουσ' etc.

Et versat. Tum statim aufert ab igne foci ollam:

αἶψα δὲ κυμαίνουσαν ἀπαίνυτο χυτρίδα κοίλην.

κυμαίνουσαν, h. e. in qua bulliebat iamque minabatur exitum *ἔτνος*. Suidas ita: *Κυμαίνει. ταράσσει. καὶ ἐπὶ τοῦ ζέειν· αἶψα δὲ* etc. Dum lego *χυτρίδα κοίλην*, nescio quo modo in mentem venit e Nicandri fragmento paullo ante laud. *περιχανδέα χύτρον*. vel *χύτραν*.

Haec multum probabilitatis habent, mihi quidem; et fortasse habebunt aliis. Pro certis non vendito, praesertim quum de tribus, quae eam in rem coniunximus, fragmentis nullum diserto testimonio referatur ad Hecalen, et de uno ne hoc quidem constet, an sit Callimachi. Si tamen ita placuerit, licebit dubio per se fundamento aliud superstrui etiam magis dubium. Ac primum quod aliquis observet, condimento aliquo opus fuisse in pultem, ego minime nego, adfuisse condimentum: fragmentum Callimachi eam in rem nullum praesto est. Ipse quum primum accessissem ad mensam Hecales accuratius cognoscendam, versaremque omnes in partes omnia, de herbis cogitare coepi, quae adhibitae condimenti caussa fuissent, et fortasse illa, *ἕρπυλλον, σόγχον, κρῆθμον*, vel partem eorum, condimenta fuisse pultis. Quam in rem Plinio XXI. 17. (62.) utebar, de una herbarum earum, quae sunt in mixtura illa Nicandri, ubi *σόγχου* vel *σόγκου* mentio, ap. Athen. IX. p. 371. C. D. de ornithogale, testante: *coquitur in pulte.* Et cocto haud dubie ferculo hiemali e cucurbitis, fungis, et contritis leguminibus, in Nicandri fragmento ante laudato IV. Neque obstaret, si quid video, Plinius: cuius verba quidem, supra prolata, hoc loquuntur, ut sonchum atque crethmum per se singula apposita esse existimes: sed accidere potuit ex innumeris excerptis contexenti spissum opus, ut obiter annotata ex Hecale *σόγχον* et *κρῆθμον* singulatim memoraret, illud, coniuncta fuisse in unum, ut condimento essent, negligeret. Nunc meliora his et certiora sunt, quae supra proposui: id quod de soncho maxime apparebit comparantibus, praeter Plinium, locos ibi laudatos Antiphanis et Hegesandri. Verum alia est

pultem quod attinet, opinatio mea, cui tantum tribuo, ut eam taceri nolim. Odoranti ac pervestiganti quae fragmenta Callimachi ad coenam Hecales apta sint, offertur Fragm. CCV.

καὶ κρίμνον κυκεῶνος ἀποστάζοντος ἔραζε.

e Tzetze in Lycoph. 607. qui ad verba *καὶ κρίμνα χειρῶν* ita: *κρίμνα* (vel *κρίμνον*), *εἶδος κριθῆς. νῦν δὲ τὸ ἀπόσταγμα* (e libris; vulgo erat *ἀπόστομα*) *τοῦ κυκεῶνος λέγει, ὡς καὶ Καλλίμαχος· καὶ κρίμνον* etc. Addo Etymologum, qui ad Callimachum manifesto respicit: *Κρῖ λευκόν, σημαίνει τὴν κριθήν. ἢ ἀπὸ τοῦ κριθὴ γέγονε κατὰ ἀποκοπήν· ἢ ἀπὸ τοῦ κρῖμνον τοῦ σημαίνοντος τὸ παχὺ τοῦ ἀλεύρου, ὁμοίως κατὰ ἀποκοπὴν κρῖ· ἔστι γὰρ κρῖμνον καὶ γένος κριθῆς. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀπόσταγμα τοῦ κυκεῶνος.* Scholion Bachmanni unum in Lycoph. l. l. *καὶ τὰ ἀποστάζοντα τοῦ κυκεῶνος ἐκ τῶν χειρῶν.* Apposui explicationes grammaticorum, ut addubitarem, vel ut interpretarer ambigue scripta. *κρίμνον*, sive *κρῖμνον*, quum varie usurpetur, tamen, quod et etymologia suadet, et usus scriptorum, nisi fallor, omnium confirmat, ubique frumentum, maxime hordeum, vel aliquid de hordeo, significat: ut locis, quos Suidas v. *Κρίμνον* indicat, Leonidae et Babrii. Quare non potest ad *κυκεῶ* relatum significare, quod docere grammatici videntur, quicquid *ἀπὸ τοῦ κυκεῶνος* destillat; multo etiam minus *liquorem*, ut vertitur in fragmento Callimachi: sed haud dubie de parte *κυκεῶνος* hordeacea accipiendum est. Et quum alii *κρίμνον* s. *κρίμνα* interpretantur *κλάσμα*, ut Etymologus Gud. p. 347, 37. non omne *κλάσμα* intelligendum putem, sed *κλάσμα* rei ex frumento factae, e. g. panis: quemadmodum germanice *brocken* dicitur. Est *κρῖμνον* *hordeum* apud Nicandrum in Georg. Fragm. I. (Athen. III. p. 126. C. D.) ubi Athenaei non negligenda paraphrasis. Callimachi fragmento fortasse accommodatissima est explicatio vocis ea, quae in Scholiis Hom. Iliad. V. 196. *κρίμνον δὲ τὸ*

λεπτὸν ἄχυρον τῆς κριθῆς. Ita enim acceperim Callimachum: κυκεῶ, dum coquitur ac fervet, eiaculari κρῖμνον, i. e. τὸ λεπτὸν ἄχυρον τῆς κριθῆς. ἀποστάζοντος haud dubie significatione quae dicitur activa: cf. h. Apoll. 39. h. Dian. 118. Nunc dicendum, quo consilio ita explicatum fragmentum hoc loco inseruerim. Coniectura mea est, agi verbis hisce, καὶ κρῖμνον κυκεῶνος ἀποστάζοντος ἔραζε, de eo quod paullo ante ἔτνος sive pultem appellavimus Hecales. Id iam κυκεῶ appellari malim, vocabulo magis poetico, quippe multa vetustate sancito. Et quantumvis spissum, tamen ita comparatum fuisse puto, ut biberetur. Sane bibitur Homericus κυκεών: idemque fere vocabuli eius usus apud recentiores poetas observatur, Apollonium IV. 157. Nicandrum Alexiph. 129. et in fabula Mismes, Orpheum Arg. 323. 329. Nonnum V. 273. XXII. 77. Quo rusticus Hecales κυκεών ab Homerico, aliis, differt, hoc est, quod, ex hac quidem mea explicatione, coctus fuit. Res non inaudita. Quem Graeci, Homerus, Nicander, coctum fuisse non dicunt, aut negant, nobilissimum Cereris κυκεῶ, Ovidio Romano Metam. V. 450. coctus dicitur: *lymphamque roganti Dulce dedit, tosta quod coxerat ante polenta.* Aqua coxisse suum κυκεῶ Hecalen, et quae addita ad frumentum condimenta, simplicissima fuisse, non est quod dubites. Haec si probabiliter disputavi, proximo loco ante Fragm. CLXXVIII. inseri poterit hoc Fragm. CCV. καὶ κρῖμνον κυκεῶνος ἀ. ἔ. Ac bene conveniet his, καὶ κρῖμνον κυκ. ἀ. ἔ. ut est a nobis κρῖμνον explicatum, cum illis: . . εἰκαίην, τῆς οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρίς.

Satis amplam, ut pro conditione Hecales, coenam apparavimus Theseo. Vidimus quae acuerent appetentiam cibi, titillarentque palatum, olivas. Herbas s. olera. Vidimus quem κυκεῶ dixi, qui si satis spissus fuit, non solum siti exstinguendae idoneus, sed ventri κακῆς ἀλκτήριον λιμοῦ usque ad satietatem fuit. Desideratur *panis*. Eum ipsis Calli-

machi verbis praesto, feliciter, ni fallor, in unum coniunctis Fragmentis tribus CCCCLIV. CLVII. CXC.

ἐκ δ' ἄρτους σιπύηθεν ἅλις κατέθηκεν ἑλοῦσα,

. . . .

οἵους βωνίτῃσιν ἐνικρύπτουσι γυναῖκες,

δείελον αἰτίζουσιν, ἄγουσι δὲ χεῖρας ἀπ' ἔργον.

Fragmentum CCCCLIV. ex Hecale esse, coniectura est Ruhnkenii, qui illud primus e Lexico MS. Bibl. Reg. et ex Apollonio eruit. Cum Lexico MS. Paris. convenit Zonarae Tittmanni p. 1645. Ad *σιπύην* cf. Iacobs. in Leonid. Tar. Ep. IX. Animadv. V. I. P. II. p. 71. Ad Fragm. CLVII. Boissonadii p. 202. annotatio est: *Οἵους, nempe ἄρτους.* Iam habes *ἄρτους*, ex mea versuum compositione. Callimachum respicit Suidas: *Βουνιτῇσι. τοῖς βουκόλοις. τοῖς βοηλάταις.* ubi memorabilis est, Albertio ad Hesych. v. *Βωνίτας* observata, dialecti varietas, *βουνιτῇσι* vel *βουνίτῃσι*, quum sit *βωνίτῃσιν* apud Etymologum, *βωνίτας* apud Hesychium. Cum Suida facit MS. Coisl. ap. Gaisf. Zonaras: *Βωνίτης. ὁ βουκόλος.* Fortasse *βωνίτῃσιν*, dorice, propterea maluit Callimachus, quod aliud vocabulum *βουνίτης*, (Panis epitheton ap. Zonam IV. Anal. Br. II. p. 81. Anth. Pal. I. p. 221.) alia significatione, a *βουνός*, exstare recordaretur. Quamquam neque hoc incredibile est, formam primitus doricam, *βωνίτης*, multo ante Callimachum tempore in communem receptam usum fuisse. Ut dubites, an hoc non pertineat ad dorismum Callimachi, de quo Cap. IV. p. 518. Valde insolenter Euphorio in poemate dialecto communi poetica scripto haud dubie, Mopsopia, Fr. XXVII. *βωσίν* ausus est, dorice, pro communi et Homerico *βουσίν*, recordans fortasse non satis opportune *βῶν* Homericum. si tamen vera est emendatio Meinekii: vulgo apud Choeroboscum *βῶν* legitur sine metro. Ad vocabulum *βωνίτης* Albertius l. l. Kusterus, itemque Ruhnkenius in Epistt. Tittm. p. 102. alteram quoque glossam Suidae *Βώνυσοι* referunt. In Etymologico autem Gudiano p. 118, 35.

Βωνίτης, γῆ βωτιανείρη, *παρὰ τὸ βῶ* etc. error est et duarum glossarum confusio: cf. Etymol. Magn. v. *Βωτιάνειρα.* At enimvero, ut fateamur quod verum est, in voc. *βωνίτης* s. *βουνίτης* neque de significatione neque de origine vocis ita constat, ut nihil dubites. De significatione dubitasse grammaticos, discas ex Hesychio: *Βωνίτας. τοὺς ἐν ἀγρῷ. οἱ δὲ βουκόλους, ἢ ἀγροίκους.* Originem illi quotquot *βουκόλους* vel *βοηλάτας* interpretantur, a nomine *βοῦς* repetere videntur. Quaeritur, quo iure. Certe *βουνίτης*, *βωνίτης*, multo facilius multoque usitatius a *βουνός*, *βοῦνις*, quam a *βοῦς* fiet. Itaque hoc fere sentio, *βουνίτης* s. *βωνίτης* vocabulum, originem quod attinet, nihil differre ab altero illo *βουνίτης* Panis epitheto; significare autem Callimacho *τὸν ἄγροικον.* Quomodo autem hoc significare possit, non satis liquet. Et fortasse ausum est Callimachi, a *βοῦνις terra* facientis *βουνίτην* s. *βωνίτην agricolam.* At ipsum *βοῦνις terra*, quantum nobis quidem constat, debili auctoritate nititur. Est quidem apud Etymologum p. 208, 3. *Βοῦνις, καὶ βουνῖτις, ἡ γῆ,* et apud Hesychium *Βουνίς. γῆ.* sed utrumque ad Aeschylum Suppl. 117. 128. 776. referendum haud dubie, ubi non *terram* in universum significari, sed eam quae *βουνούς*, *colles*, habeat, nunc communis est interpretum sententia. Schneiderus Lex. v. *Βωνίτης* in Callimacho *βωλίτῃσιν* tentabat. In Fragmento CXC. neque Valckenarii in Callim. Eleg. Fragm. p. 295. emendatione, sed admodum modeste proposita, *ἔχουσι*, neque Buttmanni puto opus esse, qui ad Schol. Hom. Odyss. XVII. 599. ex corrupta Eustathii in eund. locum scriptura, *δειελίην αἰτίζουσιν*, eruebat *δειελίην αἰτοῦσιν.* Mihi *δειελίην* Eustathii nihil videtur nisi vitium esse, ortum fortasse ex praeced. *δειλινῆς τροφῆς.* Non intelligo, unde sibi persuaserit Buttmannus, *αἰτίζειν* ubique et necessario *mendicare* esse. Nam ita disputat, *αἰτοῦσιν* scribendum esse, non *αἰτίζουσιν*, quia homines operarii cibum sibi debitum non *mendicent*, sed *poscant.* Ut saepe de mendicando dicatur *αἰτί-*

ζειν, et sane dicitur tam ab Homero quam ab aliis, atque ipso Callimacho h. Cer. 116. tamen non semper, neque necessario. Vidimus paullo ante *ἀπαιτίζουσα*: cf. h. Dian. 32. Et post Callimachum *αἰτίζειν*, *ἀπαιτίζειν*, *petere*, *poscere*, frequentat Nonnus II. 545. VIII. 339. 348. 366. XX. 7. XXIV. 211. 302. alibi. *τὸ δείελον* pro *τροφῇ δειλινῇ* qui dixerit, neminem habeo praeter Callimachum. At nec Buttmannus, puto, habebat, quo suam *δειελίην* communiret, nisi Dammii auctoritate, et ex interpretatione verbi Homerici *δειελιήσας*. In sermone nihil inest, cur coenam vespertinam *δείελον* significare nequeat. est enim *δείελον* adiectivum: ut *δείελον ἦμαρ* Theocrit. XXV. 86. *δείελον ὥρην* Apoll. Rhod. III. 417. Nonnus VII. 284. et Evang. Io. XIX. 31. *δείελον φάος* Orpheus Arg. 1124. (1131.) cf. Aratus 118. 826. (94.) Maximus 329. Nonnus XLII. 165. Evang Io. XIX. 38. Non tacebo tamen explicationem, quae ad manum est, alteram. Quid si *δείελον* Callimachus *vesperam* dixerit, adiuncta notione finiendi eo tempore operis? Germanice: die feierabend verlangen. Ipse unum mihi sumpsi atque ausus sum, ut *αἰτίζουσιν* et *ἄγουσι* pro participiis habeam, quum qui proferunt ea verba, aliter accepisse videantur. Schol. Hom. l. l. — *ἔνιοι δὲ* (*δειελιήσας*) *τὴν δειλινὴν τροφὴν αἰτῶν. καὶ Καλλίμαχός φησι, δείελον αἰτίζουσιν, ἄγουσι δὲ χεῖρας ἀπ' ἔργον, τὴν πρὸς τῇ δειλινῇ τροφὴν αἰτοῦντες.* vel *ζητοῦντες*, ut est apud Bentleium. et sic Eustathius appositis a se verbis Callimachi addit: *τὴν πρὸς δείλην δηλαδὴ τροφὴν αἰτοῦντες.* Sed facile intelligitur, constructionem verborum Callimachi neglexisse hos recentiores grammaticos eo in loco, quem non ipsi ex carmine Callimachi eruissent, sed accepissent ab alio adscriptum antiquiore grammatico. Si tamen malit aliquis, statuat versum intercidisse huiusmodi: *quo tempore fessi diurno labore δείελον αἰτίζουσιν* etc. Mihi dativi illi placent. Non expedio quid sit, quod Anna Fabri p. 166. (p. 368. ed. Ern.) duo priora verba, *δείελον αἰτίζουσι*, *ex Etymologico*

profert, et Spanhemius p. 282. ed. Graev. (p. 392. ed. Ern.) diserte ea verba *adduci ab Etymol. M. in Δειέλον* monet. Nihil tale in Etymologico reperio.

Quum poeticum Callimachi artificium, et quid bene administravisse poetam, in parvis rebus magnum, partim ipsa per se fragmenta singula doceant, partim concepta animo fragmentorum in unum corpus compositio tamquam per umbram monstret, ubique, ut decet, sentiendum lectoribus sensu poetico imbutis relinquamus, semel iuvat verbo monere, quam iucunde poeta, ubi de pane incidit mentio, arrepta ea occasione, obiter suavem simplicitate sua imaginem vitae agrestis, mulieres cibum apparantes redituris ab opere hominibus rusticis, intexat. Et in universum quidem nota inde ab Homero imago est, *δρυτόμος* qui *δεῖπνον* sibi instruit, solvens boves arator, vel expetens *βουλυτόν*: cf. Apollon. Rhod. I. 1172. sqq. III. 1341. sq. IV. 1630. Virgilius Ecl. II. 10. *Thestylis et rapido fessis messoribus aestu Allia* et q. s. etsi ibi de suspenso opere rustico recreandisque per meridiem hominibus sermo est, apud Callimachum de finito opere ciboque vespertino. Nicander Fragm. III. 17. (Athen. IV. p. 133. F.) *ὥριον ἀλμαίην ἄμυσαι* (vel *ἄρυσαι*) *κεχρηόσι δαίτης*. Coenantes *ἀεργοί* sive *ἀεργέες* hiberno tempore *οἰκουροί*, *δμῶες*: apud eund. ibid. et Fragm. IV. (Athen. IX. p. 372. F.) Panem describi Fragmento CLVII. eum, qui usitate *ἐγκρυφίας* dicitur, Bentleii observatio est. Latine *subcinericium*, auctoritate, ut puto, Isidori Origg. XX. 2, 15. Bentleius et Casaubonus in Athen. III. Animadv. p. 209. appellant. De pane *ἐγκρυφίᾳ* aliquoties Athenaeus libro tertio p. 110. A. B. 112. B. 115. E. ita ut nunc improbetur nunc commendetur. Nec mirum: differebat haud dubie pro cautione ac diligentia, quae in eo pane conficiendo vel maior vel minor ponebatur; tum maxime materia, quae nunc vilior nunc delicatior. *ἐγκρυφίαν* simpliciter dictum improbat Philistio p. 115. E. Tegeaticum, *σεμιδάλεος υἱόν*, probat laudatque Archestratus

p. 112. B. Sunt alii panes, tam simili appellatione, ut difficile videatur, qua re ab *ἐγκρυφίᾳ* diversi fuerint, definire. Dico hos: *ἐπανθρακίδα*, vel *ἀπανθρακίδα*, de qua p. 110. B. Diocles Carystius: *ἔοικε δὲ καὶ οὗτος ἐπ' ἀνθράκων γίνεσθαι, ὥσπερ καὶ ὁ παρ' Ἀττικοῖς ἐγκρυφίας.* et *σποδίτην* p. 111. E. quique ibi statim subiungitur, *ἀποπυρίας*, qui et ipse *ἐπ' ἀνθράκων ὀπτᾶται*. Et *ἐγκρυφίᾳ* omni, nam suas quasdam species habuisse hoc genus, suis singulas nominibus distinctas, indiciis quibusdam intelligitur, hoc proprium, ut appellatio loquitur, *ἐγκρυφίας*, et Callimacheum verbum *ἐνικρύπτουσι*, quod totus in cinere, hoc est, etiam superne tectus cinere coqueretur: *τὸν ἐν σποδῷ γενόμενον, ἐν σποδῷ κεκρυμμένον*, explicant alii. quod non inest in his appellationibus, *ἐπανθρακίς* s. *ἀπανθρακίς*, *ἀποπυρίας*. *σποδίτην*, quae per se tam generalis appellatio, ut nihil inde ad accuratiorem definitionem efficias, Lexicographi recentiores vulgo omnes eundem esse, qui *ἐγκρυφίας*, statuunt. Favorinus: *Σποδίτῃ ἄρτῳ τῷ ἐγκρυφίᾳ καλουμένῳ, παρὰ τῷ Ἱπποκράτει.* Hippocratem *ἐγκρυφίου* et *ἐγκρυφιῶν*, numero plurali, mentionem facere scio, ut eo loco, quem Casaubonus in Athen. Animadv. p. 209. laudat, qui est *Ἐπιδημ.* lib. VII. p. 637. T. III. ed. Lips. et alibi; illud, *σποδίτην* eundem et *ἐγκρυφίαν* dici, a Favorino putem, non ab Hippocrate esse. Sed concedo probabiliter ita statui, eundem esse. Ad nostram rem dignum fortasse memoria est, quod Diocles l. l. p. 110. B. scribit: *ὥσπερ καὶ ὁ παρ' Ἀττικοῖς ἐγκρυφίας*: unde aliquis occasionem petat laudandi Callimachum, quod in fabula Attica bene morem observaverit atticum. Quamquam aliis quoque populis notum *ἐγκρυφίαν* fuisse credo, atque ipse Diocles statim aliquem eius panis usum etiam apud Alexandrinos esse addit. Nisi, quae Sturzii de dial. Alexandr. p. 69. sententia, quod Diocles scribit: *ὃν καὶ Ἀλεξανδρεῖς* etc. ad commemoratam antea epanthracida pertinet. Praeterea Callimachum quod attinet, est aliquid, nisi fallor, discriminis

inter panes eos, quos Theseo Hecale apponit, et illos, qui afferuntur in comparationem, *οἵους βωνίτῃσιν* etc. Namque *βωνίτῃσι* qui apponebantur ab opere redeuntibus panes *ἐγκρυφίαι*, plerumque, ut credere par est, subito atque ex tempore facti, statim ut proveniebant e cinere, apponebantur calidi. Idque inest, si verba rimeris, in loco Callimachi: condunt mulieres panem in cinere, iam reditum parantibus *βωνίτῃσι*. Usum atque amorem panis calidi testimoniis non paucis, poetarum maxime, comprobat Athenaeus III. p. 109. et sqq. At Hecale suos ante factos secum habebat in panario, *σιπύῃ*. Materia autem utrique, tam Hecales panes, quam rusticorum quos in mente poeta habet, haud dubie vili erant. De qua, ut de forma panum, monitum fuisse coniicio versu, qui intercidit, inter *ἐκ δ' ἄρτους* et *οἵους*. Fuit quum suspicabar in versu eo fuisse Fragm. CCCXXXVII. *φθοίας* (f. *φθοῖας*, vel *φθόϊας*): sed nihil est quod confirmet suspicionem.

Non dico exhaustam hac recensione copiam esse Hecales. Suppleantur alia, si placet, coniectando, maxime ex illis Philemonis et Baucidis epulis. *Serpylli* per se mentio etiam *herbosum*, ut Ovidius Fast. IV. 367. ait, *moretum* in mentem revocare posset, in quo usum serpylli fuisse, nota res ex Virgilio Ecl. II. 10. *Thestylis et rapido fessis messoribus aestu Allia* serpyllumque *herbas contundit olentis.* At sonchi et crethmi usum in moreto fuisse non reperio; et quod aliquis coniiciat, in Hecale ponendum esse Fragmentum CCLXXXII. *ἣν ἐτρίψαντο μυσωτόν*, sic, *quod intriverant moretum* (scil. Hecale et ancilla Hecales), vana suspicio foret, quum alias id fragmentum explicationes admittat. Ut minime inepta est Scaligeri ad Moretum p. 158. explicatio, proverbii in modum dictum fuisse a Callimacho: *exedere hos decuit, sibi quod trivere moretum.* Carni si locum esse in mensa Hecales constaret, non aegre ferrem huc relatum Fragmentum CCL. *ὅν τε μάλιστα βοῶν ποθέουσιν ἐχῖνον*, cum

explicatione Ernestii. Meursii mirus error est, in Theseo c. 10. ad coenam Hecales revocantis narrationem de Theseo Lyncei Samii apud Athenaeum VII. p. 295. B. Ea quid sibi velit, indicatum est Cap. III. p. 578. Quod autem singularem fabellam dixi, non tam obscoenum istud commercium mirabar, cuius alia exempla prostant in aetate heroica, vel antiqua, vel afficta ei aetati per temporis posterioris libidinem, quam hoc, ubi illud actum fuerit inter Tlepolemum et Theseum. Dixeris, in Rhodo insula, quia Rhodius piscis fuit γαλεός, Archestrato teste, propter cuius versus historiam istam suam proferebat Lynceus; et nota Tlepolemi in Rhodo habitatio. Sed nolo sapere supra Casaubonum, qui eam historiam neque Plutarcho in vita Thesei, neque veterum cuiquam, eorum qui ad nos pervenerunt, narratam esse, quod quidem ipse meminerit, pronunciat. Illud non multum moror, quod secundum temporum rationes, quales e. g. ex Homero Clemens Strom. I. p. 381. (321. sq.) efficit, Theseus maior Tlepolemo, eoque minus aptus ad rem istam videatur.

De potu nihil constat. De aqua cogitabam supra p. 539. Quo tamen non excluditur alius quidam potus. An *lac*, ut apud Bronchum? Vinum non putaverim. Verum quum scribo *non putaverim*, neque quod mihi persuasum sit, neque aliis scriptum ad persuasionem volo. Scilicet simplicitatem propositam mihi habui in adornanda coena Hecales. At fuit vinum pauperibus Philemoni et Baucidi; ac fuit fortasse apud Hecalen, non cuivis apponendum viatori, sed reservatum nobilioribus: nullum autem nobiliorem Theseo hospitem habuit. *Κυκεῶ* illum eo modo, quo factum est, accipere quam huc referre malui, quoniam, si de sola siti exstinguenda ageretur, minus convenisset *κυκεών*, qualis Fragmento CCV. significatur, recens coctus, calidus ab igne. Qui est apud Ovidium, coctus ante adventum Cereris, iam refrixerat, quum dea biberet.

A. F. N.

Uebertriebene Scheu der Römer vor gewissen Ausdrücken und Wort-Verbindungen.

Die Wahrheit des Satzes *Castis omnia casta, incestis multa incesta* bewährt sich dem sorgfältigen Beobachter an einzelnen Personen und ganzen Nationen. So hört derjenige, welcher in sinnlicher Lust seine angenehmste Befriedigung findet, zwar nicht ungern von den Gegenständen derselben sprechen, fühlt sich indessen in eine unbehagliche Stimmung versetzt, wenn diese durch eine einfache Bezeichnung die Würde, welche sie in seinen Augen besitzen, verlieren und in ihrer Nacktheit aufgedeckt werden. Dagegen verschafft ihm jede Unterhaltung und Darstellung, welche seinen Sinnen schlüpfrige Bilder unter einer reizenden und dunkelen Hülle vorführt, einen großen Genuß, weil dadurch den Objecten seiner Begierde eine höhere Bedeutung beigelegt wird. Weil die Phantasie eines solchen Menschen in sinnlichen Vorstellungen zu schwelgen gewöhnt ist, so werden diese bei der geringsten Veranlassung in ihm angeregt, und daraus erklärt sich seine Neigung, gewissen ursprünglich ganz gewöhnlichen Ausdrücken eine obscöne Bedeutung zu leihen, und ebenso durch gewisse Wort-Verbindungen an etwas Schmutziges erinnert zu werden. Da indessen selbst die Unsittlichen nicht leicht den Schein der Sittlichkeit aufgeben, so machen sie es sich zum Gesetze, jene Ausdrücke und Wort-Verbindungen zu meiden. Ganz dasselbe zeigt sich bei den Nationen. Ein Volk, dessen Sitten, noch unverdorben geblieben und dessen Bildung noch nicht in

Verbildung ausgeartet ist, spricht gewöhnlich unbefangen oder doch nur mit einer mäßigen Scheu die Namen derjenigen Dinge aus, welche den Menschen an sein sinnliches Dasein und das thierische Element seines Wesens am meisten zu erinnern geeignet sind: ist aber Ueppigkeit oder eine unnatürliche Verfeinerung an die Stelle der alten Einfachheit und Kräftigkeit getreten, so wird die Redefreiheit in dieser Beziehung einer conventionellen Censur unterworfen. Dabei bleibt man indessen nicht stehen; man geht noch einen Schritt weiter, und leihet einer Anzahl von Ausdrücken eine ihnen früher ganz fremde obscöne Bedeutung, und diese werden alsdann gerade so wie die eben genannten geächtet, weil man den Schein des Anstands und der Sittlichkeit gern noch beibehält, wenn man das Wesen derselben schon aufgegeben hat. In dieser falschen Scham steigt man endlich noch eine Stufe höher, und ächtet solche Wort-Verbindungen, wodurch die Erinnerung an ein schmutziges Wort durch einen ähnlichen Klang hervorgerufen werden könnte. Alle drei Arten dieser falschen Züchtigkeit finden wir bei den Römern im siebenten Jahrhunderte nach Erbauung der Stadt und in den nächstfolgenden, also gerade zu einer Zeit, worin ein allgemeines Sittenverderbniß die gesammte Bevölkerung von Rom befallen hatte. Es wird die Aufgabe der folgenden Zeilen sein, die eben ausgesprochene Behauptung historisch dadurch zu begründen, daß wir von den drei erwähnten Arten einer vorgeblichen Züchtigkeit der Römer im Reden Beispiele aus den Schriftstellern jener Zeit nachweisen.

1. Uebertriebene Scheu der Römer die Namen der abscönen Theile des menschlichen Körpers auszusprechen. Allerdings erfordert die gute Sitte, daß man die Benennungen derjenigen Theile und solcher Verrichtungen des menschlichen Körpers, welche uns an unsere Verwandtschaft mit den unvernünftigen Thieren erinnern, nur da ausspreche, wo diese Verwandschaft zur besseren Kenntniß

des menschlichen Körpers absichtlich hervorgehoben werden muß. Daher wird ein nicht verbildeter Mann nicht den geringsten Anstoß nehmen, wenn in einer wissenschaftlichen Erörterung über den menschlichen Körper die Geschlechtstheile erwähnt werden. Allein die Römer des achten Jahrhunderts konnten selbst in diesem Falle jene Ausdrücke vor verkehrter Schaam kaum anhören. Daher schickte A. Cornelius Celsus, der seine acht Bücher über die Medicin unter Tiberius schrieb, dem Abschnitte über die Krankheiten der Geschlechtstheile folgende Entschuldigung vorauf *): „Zunächst folgt was die obscönen Theile betrifft, deren Benennungen bei den Griechen erträglicher lauten und durch den Gebrauch bereits aufgenommen sind, da man fast in jeder ärztlichen Schrift und Unterhaltung von ihnen spricht: bei uns sind die garstigen Worte nicht einml durch einige Gewöhnung derer, die mit etwas Anstand reden, empfohlen, so daß diese Auseinandersetzung ihre Schwierigkeiten hat für diejenigen, welche zugleich die Züchtigkeit und die Vorschriften der Kunst nicht verletzen möchten. Indessen durfte der Umstand von dieser Darstellung mich nicht abschrecken: einmal um Alles zusammenfassen zu können, was ich als Heilmittel vernommen habe, ferner weil die Heilung derjenigen Theile ganz vorzüglich allgemein bekannt sein sollte, welche Keiner ohne den größten Widerwillen einem andern zeigt.“ Also nur darum wagt es der Mann von der feinsten urbanen Bildung über die abscönen Theile des menschlichen Körpers zu schreiben, um dadurch dem noch schlimmeren Falle, daß Jemand

*) *De medicina* VI, 18, 1. Proxima sunt ea, quae ad partes obscoenas pertinent, quarum apud Graecos vocabula et tolerabilius se habent et accepta iam usu sunt, cum in omni fere medicorum volumine atque sermone iactentur: apud nos foediora verba ne consuetudine quidem aliqua verecundius loquentium commendata sunt, ut difficilis haec explanatio sit simul et pudorem et artis praecepta servantibus. Neque tamen ea res a scribendo deterrere me debuit: primum, ut omnia quae salutaria accepi, comprehenderem, dein quia in vulgus eorum curatio etiam praecipue cognoscenda est, quae invitissimus quisque alteri ostendit.

diese Theile einem Andern zeigen müßte, vorzubeugen. Daraus läßt sich erklären, warum Celsus an einer anderen Stelle *) das Wort herniá (Darmbruch) ein nomen indecorum nennt. Daß schon gegen Ende des siebenten Jahrhunderts nach Erbauung Roms dieselbe übertriebene Zurückhaltung in dieser Hinsicht Statt fand, erhellet ganz sicher aus der Stelle des Cicero *de Officiis* I, 35. Quae enim natura occultavit, eadem omnes qui sana mente sunt removent ab oculis, — — quarumque partium corporis usus sunt necessarii, *eas neque partes neque earum usus suis nominibus appellant.* Man könnte versucht werden, diese Verschämtheit als einen Beweis von Sittenreinheit zu betrachten, wenn wir sie nicht gerade zu einer Zeit fänden, wo die Sittlichkeit aus dem Leben der Römer fast ganz verschwunden war, und nur der Schein der Wohlanständigkeit in der Rede noch beobachtet wurde. Woher kommt es indessen, daß Catullus, Horatius und andere Dichter die dem Römischen Ohre gehäßigsten Ausdrücke, wie cunnus, mentula, penis, und dergleichen gar nicht ängstlich vermeiden? Diese Männer waren durch eine Griechische Bildung über die Römische Convenienz erhoben worden: bei den Griechen aber, denen bei der Unbefangenheit und Aufrichtigkeit ihres Charakters eine solche Convenienz fremd war, bestand in dem Gebrauche der obscönen Ausdrücke eine fast unbeschränkte Freiheit. Indessen bedient sich Horatius eines obscönen Ausdruckes doch nur an solchen Stellen, wo es seine Absicht ist aufzufallen und das Gefühl des Lesers augenblicklich zu verletzen *).

2. Scheu der Römer vor Ausdrücken, welche durch die Zeit eine abscöne Bedeutung angenommen haben. Wenn wir die vorher besprochene Art von

*) VII, 18. ἐντεροκήλην et ἐπιπλοκήλην Graeci vocant: apud nos indecorum sed commune his *herniae* nomen est.

*) Vgl. Sermon. I, 2, 35. Nolim laudarier, inquit, Sic me, mirator cunni Cupiennius albi. I, 3, 107. Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli causa.

